



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciae

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Italica, Et Quidem Primo Monumenta Romana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)



ITALICA,

ET QUIDEM PRIMO

MONUMENTA

ROMANA.

IN URBEM ROMAM

florentem

JUL. CÆS. SCALIGERI

Epigramma.



*Os septem gemini caelestia pignora montes,
Vosq; triumphali mœnia structa manu,
Testor, adeste, audite sacri commercia cantus,
Et Latios animos in mea vota date.*

Vobis, dicturus meritis illustribus urbes,

Has ego primitias primaq; sacra fero.

Quin te unam laudans, omnes comprehenderit, orbem

Non urbem, qui te noverit, ille canet.

ROMA NOVA DE SEIPSA.

INCERTO AUCTORE.

Montibus é septem totum diffusa per orbem

Sideribus quondam proxima Roma fui.

Sub pedibus terras utroq; á littore pressi:

Atlantem tenuit dextra, sinistra Scytham.

Juppiter hos etiam disjecit fulmine montes,

Et tumulos jussit corporis esse mei.

Incubuit capiti rupes Tarpeia nostro;

Pressa Quirinali pectora nostra jacent.

Crura Palatinus, geminos hinc inde lacertos

Collis Aventinus Vimineusq; tenent.

ROMANA.

*Exquilia hinc surgunt, & surgit Caelius illine,
Hac quoq; sunt pedibus facta sepulcra meis.
Sic qua vixit sibi septem circumdedit arces,
Mortua nunc septem contegitur tumulis.*

IN EANDEM, QUALIS EST HODIE,

JANI VITALIS PANORMITANI.

*Qui Romam in media quaris novus advena Roma,
Et Roma, in Roma nil reperis media,
Aspice murorum moles, praeuptaq; saxa,
Obrutaq; horrenti vasta theatra situ:
Hac sunt Roma, vident' vel ut ipsa cada vera tanta
Urbis adhuc spirent imperiosa minas?
Vicit ut hac mundum, visa est se vincere: vicit,
A se non victum ne quid in orbe foret.
Nunc victa in Roma victrix, Roma illa sepulta est,
Atq; eadem victrix victaq; Roma fuit.
Albula Romani restat nunc nominis index,
Qua; etiam rapidis fertur in aquor aquis.
Disce hinc, quid possit fortuna: immota labascunt,
Et qua perpetuo sunt agitata, manent.*

INSCRIPTIONES ROMANÆ.

IN CAPITOLIO.

S. P. Q. R. Capitolium præcipue Jovi olim commen-
datum, nunc DEO vero, cunctorum bonorum aucto-
ri Jesu Christo, cum salute communi supplex commen-
dat, atq; tuendum tradit; anno post salutis initium 1568.

IBIDEM.

S. P. Q. R. Majorum suorum præstantiam uti animo,
sicre quantum licuit imitatus, deformatum injuriâ tem-
porum Capitolium restituit, Prospero Buccapadutio,
Thoma Cavalerio curatorib. Anno post U. C. cxc xxx
cccxxx.

IBIDEM PUTEI.

*Nos vas condidimus, pluvia tu Juppiter imple,
Præsidibusq; tua rupis adesse velis.*

ROMANA.

In ara cœli.

Unum erat imperium mundi, dominator & unus.

Falleris, at non tu Roma, sed ipse DEUS.

Quem tulit Augusto Cumana puella videndum,

Rector erat primus, ipse secundus erat.

Hic locus est, ubi vidit, ubi rex credidit. Ara

Cœli facta domus regis, & aula DEI.

IN AULA CUR. SENAT. AD
SIGNUM PAULI III.

PAULO III. P.M. Quod ejus jussu, auspiciis, atq; ære conlato, urbem situ ac diverticulis viarum deformem atque imperviam, disiectis malè positis ædificiis in meliorem formam redegerint, viis, arcisque cum veteribus directis & ampliatis, tum novis constitutis auxerint, ornaverintq; , Latinus Juvenalis Mamæctus, Hieronymus Mavæus Cur. viar. Urbe instaurata, officii & memoriæ ergo statuâ in Capitolio optumo Pötifici P. P. An. Christi 1543.

ITIDEM IN CAPITOLIO.

S. P. Q. R. monumenta, marmorea magistratuum triumphorumq; ab urbe condita ad tempora Divi Augusti: ruderibus in foro egestis eruta, impensâ Alexâdri Farnesii Cardinalis, Pauli III. Pontif. Max. nep. in Capitolio P.

Marmora præclaros testantia fronte triumphos

Atq; magistratus inclita Roma tuos,

In medio mansere foro, cum Roma manebas,

Postq; deos orbi jura secunda dabas.

At ubi te indignis fregit fortuna ruinis,

Obruerat titulos alta ruina tuos.

Tamq; dus in tenebris tantis jacuisse videntur

His veluti fato debita temporibus.

Qua modò Alexander, patria te dignus avoq;

Paulo, inventa tibi marmora restituit.

Tu Capitolina meliori in sede reponis,

Et legeris magni munere Farnesii.

ALIBI.

Perino Organo Florentino, qui singulari morum sua-

A ij

ROMANA.

4
vitate, ac testudinis non imitabili concentu dubium reliquit, amabiliórne esset suâ ingenii suavitate, an admirabili artis excellentia clarior: Jacobus Mormita Parmen. amico M. P. Vixit annos XXIIX.

D. O. M.

Camillo Ursino, Pardi F. Manupell. Comiti, Guardia Gull. Marchioni Larinatiumque & Vallesiticianorum regulo in vict. & Parthenopæi regni protonot. integerr. ob singularem item rei bellicæ virtutem, & eximiam promissorum constantiam & fidem Ursina gente dignissimam, à Francisco & Henrico Gallorum regibus navium præfectura, summisq; beneficiis honestato, Victoria Tolfia F. C. conjug. kariss. o. d. s. m. ponend. cur. Vixit an. LXV. M. X. D. VIII. obiit VI. Kal. April. ∞ D. LII.

IN IPSO FANO S. PETRI.

Huc mulieribus ingredi non licet, nisi unico die Lunæ post Pentecosten, quo vicissim viri ingredi prohibentur. Qui secus faxint, anathema sunt.

IN VATICANO.

Hostes perpetui Christianæ religionis Turcæ diuturno victoriarum successu exultantes, sibi que temere præfidentes, militibus, ducibus, tormentis, omni deniq; bellico apparatu ad terrorem instructi, ad Echinadas insulas, à cõmuni classe, prælio post hominum memoriam maximo, perspicua divini spiritus ope profligantur. M. D. LXXI.

I T E M.

Classes oppositæ, Turcarum una, Christianæ societatis altera, inter Pium v. Pontif. Max. Philippum Hispaniarum regem, Venetam Remp. in ito jam fœdere, ingentibus utrinq; animis concurrunt.

Ibidem depicta est cades Amiralii Gallici, facta in nuptiis regis Navarra, cum his inscriptionibus:

Caspar Colignus olim Amiralus accepto vulnere domum defertur Gregorio XIII. Pontif. Max. M. D. LXXII.

In quodam Farnesiorum palatio extant pictura præstantium ducum Romanorum, cum talibus inscriptionibus:

TRA-

R O M A N A.

T R A J A N U S

Invictæ virtutis Imperator, Optimi cognomen promeruit.

C N. P O M P. M A G N.

Magno fortunæ ludibrio, ubiq; victor, indigno vitæ exitu, sepultura caruit.

F A B. M A X I M U S

Inveteratæ prudentiæ Dux, cunctando restituit rem.

R O M U L U S

Æternæ urbis fundamenta jecit, militarem disciplinam domi restituit, qua imperium feliciter cresceret.

N U M A

Martium populum religioni addixit, ut pace & bello invictus evaderet.

M. M A R C E L L U S

Bellator acerrimus opima spolia Jovi Feretrio posuit.

C A E S A R D I C T A T O R

Universum orbem terrarum hostili cruore replevit: suo demum sanguine curiam inundavit.

A U G U S T U S

Jano clauso, finem civilibus & externis bellis imposuit.

I N T E M P L O G E R M A N O R U M S. M A R I A E
de Anima.

Gewalt / gelt vnd gunst
Bricht recht / trew vnd kunst.

Ibidem.

E N Q U O T A N D E M ?

Bartholomæo Saliceto Bononiensi, quem ob ejus præstantem in omni genere virtutis animum mirari magis quàm laudare licet, in quo Fides & Religio cum doctrina certabant. Vixit annos LXXVIII. d. x. Alexander Farnes. & Andreas de Valle, s. r. e. Cardd. ac Vianesius Albergatus Bonon. amico incomparabili posuerunt. M. D. XXV.

ROMANA.

IBIDEM.

D. O. M. S.

Georgio Sauromanno, equiti Germano. Vratisl. Præposito, Internuncii procuratoris, qui munere primùm apud Leonem x. mox apud Adrianum vi. ac demum Clementem viii. Pontiff. Maxx. Divi Caroli v. August. nomine, magna fidei, integritatis, ac sapientiæ laude functo, cùm amicorum incuria pluribus annis sine monumento fuisset, Valentinus Saurmannus ex fratre nepos patrii memoriæ, virtuti, pietatiq̃ dicavit. An. Dom. M. D. L.

AD TEMPLUM S. MARIÆ
de populo.

DE EXUNDATIONE TIBERINA.

*Septimus auratum Clemens gestabat Hetruscus
Sorte pedum, huc salit quom vagus atq; Tiber.
Quippe memor campi, quem non coluere priores,
Annibus epotis in nova tecta ruit.*

*Utq; foret spatii implacabilis ultor adempti,
Et Cererem & Bacchum sustulit atq; lares.*

Restaur. viii. Id. Octobr. anno M. D. xxx.

FRANCISCO BERRETTÆ

Mediolanensi, spectatæ fidei singularisq̃ industriæ viro, qui dum honestè mercaturis faciendis rem quæreret, vitæ jacturam fecit, Anno LI. mens. iv. dies II.

TUMULUS BESSARIONIS CARD.

Bessarion episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis, Patriarcha Constantinopolitanus, nobili Græcia ortus oriundusq̃ sibi vivus pos. Anno salut. M. cccc. lxxvi. ætatis lxxvii.

*Τὸτ' ἐπὶ Βησσαρίων ζῶν ἀνυσα σώματι σῆμα,
Πνεῦμα δὲ φευξέται πρὸς θεὸν ἀθάνατον.*

Quod distichon Majoranus Salentinus ita vertit:

*Bessarion feci hunc tumulum, qui conderet ossa,
Venerat nnde olim spiritus astra petet.*

M. AN.

M. ANTON. COLUMNÆ PAREN. P.

*Si spectas annos; bimum luxere parentes;
Si mentem, iste senex nascitur & moritur.*

IBIDEM.

*Si daret annosam numerosa pecunia vitam,
Quisq; sibi dives tempora longa daret.*

HONORÆ QUINTERIÆ.

*Hæc quicunq; modò spirantia molliùs ora
Prospicit, & cali nobile laudat opus;
Quàm gemeret, mentis si conspexisset Honoræ
Tot bona, natura vix revocanda manu;
Diceret & vita comites, probitasq;, fidesq;,
Et pudor, & forma gratia rara perit.
At tibi Quinteri longum mansurus in ævum,
Stet decor hic saxi, nec fluiturus honos.*

ALEXANDRI PAVONII.

*Fidus Alexander jacet hic Pavonius, is qui
Ipse amor, ipsa fides, ipsa erat & bonitas.
Fratri ergo invicta fidei, bonitatis, amoris,
Hunc Paulus tumulum præbuit, astra Deus.*

ALIUD.

Demetrio Cabacio Rhallo, Equiti Spartano, qui nul-
lum corporis incommodum expertus, nonagesimum æ-
tatis annum mens. 11. diem XXI. superavit, Manilius ex
Thomaide Theodori Bocchali filia susceptus parenti fan-
tissimo ac b. m. sibiq; pos.

*Si genitor desende pius tibi debita natus
Justa, sepultura munera si apta darem:
Conderer hic tecum, discat ne sera senectus,
Cum genere amissam rem patriamq;, mihi.*

IBIDEM.

*Concordes animos, piasq;, mentes,
Ut dicas licet unicam fuisse,*

A iiij

*Commisti cineres sequentur, & se
Credi corporis unius iuvabit.*

NICOLAI SUDORII

Musici, qui Arragoniis Regibus quatuor & xxx. annos
servivit. Obiit M. D. V.

*Cur te Musice Musicus peremit
Sagitta Nicolæ pestilenti?
Invidit modulis meis Apollo.*

RINALDI SIARAMPÆ.

*Siarampa de gente rapit te Roma Rinalde,
Heu facinus! juvenem tempore, mente senem.
Vixit annos xx. mens. x. dies xii. Obiit Nonis Febr. M.
L. VI.*

JACOBI MENTEBONÆ.

*Luca ortus, Sena lege fuit mihi patria, nomen,
Dum vixi, Jacobus, mens bona pro genere.
Papa Pius sedem Papiensem detulit, idem
Cardineo ornavit munere, gente, domo.
Vivite qui legitis, aterna & quarite, non hac:
In cineres tandem gloria tota redit.*

CAMILLI PUERI.

*Precipiti dum currit equo dans frena Camillus,
Vix annos natus decidit octo puer.
Si casurus erat, molli cecidisset in herba,
Heu tenerum scelus est rumpere saxa caput.*

HIER. ALEANDRI CARDINA-
LIS BRUNDUSINI.

Hieronimo Aleandro Mottensi, é Comitibus Lan-
dri in Carnia, Petre Pilose in Histria oriundo T. T. S. CHRYSO-
GONI S. R. E. Presbyt. Card. Brundusino, Philosophiæ
& Theologiæ Doctore, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, ali-
quotq; aliarum linguarum exoticarum ita exacte docto,
ut eas recte & apte loqueretur & scriberet, mox diversis le-
gationibus pro summis Pontt. ad omnes ferè Christianos
Principes fideliter & diligenter perfuncto, & ideo in ta-
bem delapso, quanti humanam miseriam fecerit, sequen-
ti di-

R O M A N A.

ti disticho, de se edito, testatum posteris reliquit:

Κάτθανον οὐκ ἀέκων ὅτι πάυσομαι ὧν ὀπιμάρις
Πολλῶν, ὧν περὶ δεῖν ἄλγιον ἦν θανάτου.

Quod est:

*Excessi é vita arumnis facilisq; lubensq;
Ne pejora ipsa morte dehinc videam.*

Natus est Mottæ in Carnia Anno M. CCCC. LXXIX.
Moritur Romæ, Anno Christ. salut. M. D. XLII. ætatis
suæ LXII. minus diebus XIII. Hæredes patruo amplif-
simo & opt. mœstissimi P.C.

G U I D O N I S P I S A N I.

*Sedis Apostolicæ Guido Cancellarius, in se
Quàm nihil est mundi gloria, morte probat.
Pisa virum peperit, quem donat Roma sepulcro,
Vix paritura parem, vix fruitura pari.
Huic sine nocte diem, vitam sine morte, quietem
De sine sine, dies, vita, quiesq; Deus.*

E D U A R D O C A R N O

Britanno, equiti aurato, Jurisconsulto, oratori, summis de
rebus Britannia Regum ad Imperatores, ad Reges, bisq;
ad Romanam & Apostolicam sedem, quarum in altera
legatione á Philippo Mariaq; piis regibus missus, oborto
deinde post mortem Mariæ in Britannia schismate, spon-
té patria carens, ob Catholicam fidem cum magna inte-
gritatis, veræq; pietatis existimatione decessit. Hoc mo-
numentum Galfrius Vachanus, & Thomas Fremannus
amici ex test. pos. Obiit M. D. LXXI. Cal. Febr.

J O A N. F R A N C. P O G G I O

Florent. cum virtute ac constantia, morum gravitate, vi-
ta integerrimé acta, paterna suaq; laude eloquentiæ ac li-
terarum, Juris quoq; Civilis & Pontificii, divinæq; scri-
pturæ cum lata doctrina, religiosè viventi, religiosius su-
premo die functo: Vincent. Lucæ Martinus fratris ejus
gener paren. apud se locum semper adsecuto, opt. merent.
pos. Obiit anno Domini M. CCCC. XXI. die XXV. Ju-
nii. Vix. an. LXXIX. menses III.

*Post obitum viro melius, doleoq; medendi
Artibus extremum saepe fugasse diem.*

IBIDEM

ANDREÆ DE CASTRO.

*Sis forti atq; animo potens, eundum est.
Nec qua scire licet via, venit mors
Clam per mille modos; en ipse florens
Equi calce feri peremtus hic sum.
Quare vivito jam bene ac paratus.*

ROBERTO PECHAMO

Anglo, equiti aurato, Philippo & Mariæ Angliæ & Hisp. Regibus olim à consiliis, genere, religione, virtute præclaro; qui cum patriam suam à fide Catholica deficientem aspicere sine summo dolore non posset; relictis omnibus, quæ in vita carissima esse solent, in voluntarium profectus exilium, post sex annos pauperibus (res rari exempli) hæredibus ex testamento institutis, sanctissimè è vita migravit. Id. Septemb. M. D. LXXIX. ætatis suæ LIV. Thomas Goldoveldus Episcop. A savenf. & Thomas Kirtonus Angli testamenti procuratores pos.

STATII TUMULUS.

*Stattus hic situs est, juvenem quem Cypris ademit,
Præconem Æneæ carmine quod premeret.
Statio Statii fil. dulciss. Christophora M. pientiss. P. Vix.
ann. XXXIII.*

CATHARINÆ LANGERIN.

*Invalidos ager dum vult curare parentes,
Fata recidi vis implicuere malis.
Tam magno enixam Lucina dolore coëgit
Atram Persephones dira subire domum.
O pietas! ô dii! crudeli sorte licebat
Vivere, sed præstat cum pietate mori.*

Catharinæ Langerin, conjugii suavissimæ, elegantia formæ perpauca, moribus verò atq; vivendi consuetudinæ nulli fœminarum comparandæ, quam concordiam ma-

riti.

riti, fortunæ bonis, liberisq; fortunatam dixiffes. Sed ea omnia, ne quid humani non fluxum caducumq; existimes, mors importuna inopinanti ante tempus eripuit. Moritur anno ætatis suæ xxvii. á salut. Christiana m. cccc. xc v. pridie Calend. Januar. Joan. Langer maritus, & Joan. Engel genitor ejus, hoc monumentum contra vota statuerunt.

BERNARDINO CORDUBENSI

Pontif. Max. disciplinarum omnium cognitione inclyto, cujus ingenium ac discedendi acumen cunctarum gentiũ gymnasia stupuere: viro omni virtutum genere ornatissimo, qui vita sacrarum literarum studiis innocentissime acta, multaq; doctrinæ monumentis posteritati relictis, hominem exiit, anno ætatis lxxv. Anno m. cccc. lxxxv. Gregorius Card. Portuensis bene mer. pos.

PETRO CIACONI

Presbytero Toletano, in quo multiplicis doctrinæ copia, cum vitæ ac morum integritate certabat, qui á Gregor. xiii. Pontif. Max. sanctorum Patrum libris, sacrisq; canonibus, & sacrosanctis Bibliis perpurgandis præpositus, in eo munere obeundo, eruditione, judicio, fide ac diligentia præstitit: Ecclesia S. Jacobi Hispanorum, qui urbem colunt, hæres ab eo instituta, monument. hoc P. Vix. ann. lvi. Obiit anno m. d. lxxxi. vii. Calend. Novemb.

FRANCISCO N.

Juris Pontificii Doctori; qui cum in Rom. Curia suis, inter quos magnas fortunas distribuere, apprimè charus vixisset, á stolido quodam adolescente, quem domi aluerat, præsentaneo veneno sublatus.

*Heu forvi in gremio qui me post perdidit anguem,
Sed tibi quam morior, tam benè vivo mihi.*

DIDACI DE VALDEZ.

*Certa dies nulli est, mors certa, incerta sequentum
Cura, locet tumulum, qui sapit, antè sibi.*

CAROLO CELSO

Jo. f. optimæ spei, summæq; festivitatis ac suavitatis puero, Atalanta Corvaria filio dulcissimo, multis cum lacrymis posuit. Vixit ann. vii. dies xv. Obiit August. m. d. lxxv.

*Care puer, festive puer, tibi munera mater
Ultima dat, matri qua dare debueras.*

JOAN. BAPTISTÆ FLORENTIOLO
PUERORUM FLOSCULO.

*Ne dulces ferres fructus mellite Joannes,
Decussit flores mors inimica tuos.*

Vixit annos VI. Obiit x. Calend. Julii M. D. LXXIII. Simon & Lud. Florētini cives, & ejus parentes mœstissimi, amoribus & deliciis suis p.p.

LAURENTIO VALLÆ

harum ædium sacrarum Canonico, Alphonsi Regis, & Pontificis Max. Secretario, Apostolicoq; scriptori, qui sua ætate omnes eloquentiâ superavit, Catharina mater filio pientissimo pos. Vixit annos L. Obiit Anno M. CCCC. LXV. Augusti Calend.

*Laurens Valla jacet Romana gloria lingua:
Primus enim docuit qua decet arte loqui.*

Aliud ejusdem ex Trithemio.

*Nunc postquam manes defunctus Valla petivit,
Non audet Pluto verba Latina loqui.
Juppiter hunc cali dignatus parte fuisset;
Censorem lingua sed timet ipse sua.*

JULII SADOLETI.

D. IMM. S. pietati & memoriæ Julii Sadoleti Sacerdotis Laurentiani de Collegio Canonicorum, Græcis & Latinis literis singulariter eruditi, omnibus optimis & disciplinis & moribus ita ornati, ut ejus ingeniū, comitatem, liberalitatem, & ante annos prudentiam nulla satis æquare possit admiratio. Jacobus Sadoletus fratri concordissimo, & spe de eo maxima orbatus, multis cum lacrymis pos. Vixit annos XXXVI.

MILITIS.

*Transivi intrepidus per mille pericula victor,
Non acies ferri, non fortia mœnia fossis
Conatus tenuere meos, domat omnia virtus.*

IN

IN CRYPTA S. LAURENTII,
DE SEPULCRIS MARTYRUM.

*Hac est aeterno florens & grata juvenus,
Sanguine qua fuso pulcra trophaa tulit.
Ibant ut sererent, quae semina pulcra ferebant:
At lacrymis flentes immaduere gena.
Nunc demessa suis portantes farramaniplis,
Latitia redeunt se comitante nova.*

JOAN. FONTAINÆ

Belgico, nobili genere; qui dum ad vicum Varronis in Latio inter cohortes Gallicas auxiliares, pro Pont. Max. contra Hispanos, fortiter pugnat, & concussus tormentis oppidi murum transcendit, in ipso irruptionis ardore plumbea trajectus glande, cum laude occubuit: Arcturus Fontaina fratri animosissimo, signis collacrymantibus, pos. Vixit annos xxv. obiit Calend. Aprilis M. D. LVII.

IBIDEM AD STATUAM DEIPARAE.

*Virginitas, partus, discordes tempore longo,
Virginis in gremio foedera pacis habent.*

DOROTHEA TRANSINNA

JOAN. BASCALO F.

*Care puer, multis mihi parte laboribus, in quo
Spes erat, hanc matrem destituis miseram?
Te sine quod vita superest per tadia ducam,
Sed tu caliculis associate, vale.*

CAROL. FRID. DUCIS CLIVENSIS ET JULIAE.

Carolus-Fridericus, Juliae, Cliviae & Montium Dux, Marchiae & Ravenspergi Comes, Ravensteini Dominus, ingenio, ac supra aetatem rerum & linguarum usu, singularique in Deum pietate clarus, Gregorio XIII. Pontif. Max. ad annum Jubilaeum Christiani orbis populos convocante, post acceptos in avunculi sui Maximiliani secundi Caesaris Augusti aula, aliisque in locis varios honores, religionis & optimarum disciplinarum studio Romam veniens, magnificentiss. ab eodem Pontif. Max. excipitur,

reclusa porta sancta, in solemnibus sacris gladio pileoque de more consecratis ab eodem Pontifice honestatur, omnibus Christianæ pietatis officiis perfunctus, sanctissimi Jubilei beneficio expiatus, dum ad suos redire cogitat, gravi morbo correptus, in terris, ut celo frueretur, esse desinit. Ejus funus Pontif. Max. benigna voluntate, qua venientem exceperat, ægotantem inviserat, cum ingens omnium ordinum, collegiorum, sodalitatum frequentia convenisset, amplissimis exequiis & pompa magnifica, totius urbis summo mœrore, ac incredibili desiderio celebratum est. Consummatus in brevi explevit tempora multa: Placita enim erat Deo anima illius. Gulielmus Dux filio dulciss. majori natu fac. cur. Vix. an. xix. dies xii. Obiit anno M. D. LXXV. Id. Febr.

IBIDEM.

*Si benedicta fui, benedicis & undiq; si me;
Inter & electos sum benedicta Deo.
Cur me fles fili? morimur non deniq; cuncti?
Non moribunda fui, non moriturus ades?
Fle, fle te miserum, fle, fle tua crimina, fle, fle,
Quod procul à patria sumq; sepulta mea.
Improba sed si mors nos corpore falce diremit,
Nos animo nunquam dissociabit amor.*

ALEXANDRO JUNIO

Antvverpiensi, quod oppidū est in Belgis nobilissimum, honestiss. parentibus nato, Romæ ob virtutem ad honores evecto, & auditoris sacri Palatii munere integerrimè functo, hæred. pos. Vixit annos xxx. menses xi. Obiit v. Calend. Octobr. Anno M. D. LVIII.

*Roma peregrino magnos mandar at honores,
Quos immaturo funere mors rapuit.
Disce meo exemplo virtuti præmia nunquam
Deesse: sed & quovis tempore disce mori.*

CONRADI LEBENTHERII
VRATISLAVIENSIS.

*Primum clara diem tribuit Germania nobis,
Supremum tribuit Roma superba diem.*

Ætæ

*Ætas, ingenium, mores, & forma fuere,
Singula qua fatis est violasse pudor.
Cur hac tam parvi terna fecere sorores,
Ut sortis possit quemq; pigere sua?
Principium vita dolor est, dolor exitus ingens,
Et medium labor est; vivere quis cupiat?
At sibi sic facilem Lachesis sinat ire senectam,
Ut nostris requiem manibus ore roges.*

De imagine Christi.

*Sanguine quasi calum, nos tartara culpis,
Fac meritis cedant crimina nostra tuis.*

SERAPHINO ODUCTIO

STRANCIONIO

Medico celeberrimo, vati ingeniosissimo, ac omnino omnium disciplinarum doctrina prædito: vitæ autem integritate ac morum probitate omnibus gratissimo: qui vehementi febre correptus, præscita prædictaq; die & hora mortis, constantissimè obiit ix. Calend. Septemb. M. D. XXXVIII. Theophilus filius pientiss. patri opt. pos. Vix. ann. LIIII. mens. VII. dies XXIII.

CONJUGIS A MARITO

INTERFECTÆ.

*Immitis ferro secuit mea colla maritus,
Dum propero nivei solvere vincla pedis.
Non culpâ meruisse necem pia numina testor,
Sed jaceo fati sorte peremta mei.
Discite ab exemplo Christiana, discite patres,
Ne nubat fatuo filia vestra viro.*

IN SACELLO PII V.

AD DEXTRAM.

Solum Turcarum Tyrannum multis insolentem victoriis, ingenti parata classe, Cypriq; expugnata, Christianis extrema minitantem, Pius v. fœdere cum Philippo II. Hisp. Rege ac Repub. Veneta inito, M. Ant. Columnam Pontificiæ classi præficiens, ad Echinadas hostibus xxx. mill. cæsis, x. mill. in potestatem redactis, triremibus

CLXXX. captis, XI. demerſis, XV. mill. Chriſtianiſ a ſervi-
tute liberatiſ, precibuſ & armib. devicit.

AD SINISTRAM.

Galliam, Carolo IX. Rege, perduellium hereticorumq; nefariis armis vexatā, ut de Regno deq; religione actum videretur; Pius V. Sfortiæ Comitiſ S. Floræ ductu, miſſis equitum peditumq; auxiliariſ copiis, periculo exemit, hoſtibuſque deletiſ victoriā reportavit: regi regnum cum religione reſtituit: ſigna de hoſtibuſ capta ad Lateranenſem baſilicam ſuſpēdit.

ALIUD.

*Petra Petrum tegit hæc, animamq; fovet Petra Chriſtus,
Sic ſalvum retinet utraq; petra Petrum.*

PHILIPPUS DE LEVIS

Tituli ſanctorum Petri & Marcellini, Cardinaliſ Arelatenſiſ, é Gallia ortuſ, illuſtriſ moribuſ, virtute illuſtrior, Romanis Pontificibuſ & Chriſtianiſſimiſ Francorū Regibuſ magno in pretio habituſ, in ſenatuſ Apoſtolicuſ, magna probitate adſcituſ, obiit ſuo natali, magno ſui deſiderio relicto, quippe qui corporiſ & animi boniſ prædituſ, ſummaq; autoritate pollentiſ, profuit quibuſ potuit, obfuit nemini. Vixit annos XL. Obiit Prid. Non. Novemb. Anno M. CCCC. LXXV.

Duo fratres jacent hîc eodem clauiſ ſepulcro, Philippuſ & Eufthachiuſ, primuſ Cardinaliſ fuit, ſed Archiepiſcopuſ Arelatenſiſ uterque. Sedente Innocentio VIII. Pontif. Max. Eufthachiuſ natione Galluſ, nobili Levorum gente Arelatenſiſ Archiepiſcopuſ, hîc ſituſ eſt. O quanta fuit in hoc Antiftiteſ fideſ, pietateſ, religioſ, ſanctitateſ, ob quæ cum meritó Pontif. Max. inter ſacroſanctoſ ſibi divinarum ceremoniarum Antiftiteſ connumerari voluerit! qui cum fratrem Philippum S.R.E. Cardinaleſ, qui juxta ſe cubat, unice dilexiſſet in vita, in morte quoque, ut tumulo illi jungeretur, mandavit. Vixit annos XLII. Obiit M. CCCC. LXXIX. April. XXI.

UBAL-

UBALDINO BANDINELLO

Patricio Florentino, Montis Falisconis Episcopo, viro non minus vita & moribus integerrimo, quam multiplici rerum scientia ornatissimo, Francisca soror mœstissima, optimo fratri pos. Obiit VII. Martii, Anno à Christo nato M. D. LI. ætatis veró suæ LVII.

ALIUD.

PAULI III. PONTIF. MAX.

IESU Christo spei & vitæ fidelium.

PAULO IV. CARAFFAE PONT. MAX.

eloquentia, doctrina, sapientia singulari: innocentia, liberalitate, animi magnitudine præstantiss. scelerum vindici integerrimo, Catholicæ fidei acerrimo propugnatori:

PIUS V. Pontif. Max. grati & pii animi monumentum pos. Vixit ann. LXXXII. mens. I. dies quindecim. Obiit M. D. LIX. Calend. Septemb. Pontificatus sui anno V.

LATINÆ BECCALUNÆ.

Religionem servare, liberos alere, rem tueri domesticam peritissimé. quæ cum Juliano Lotto ad extremam ætatem sine lite concors uxor vixit ann. LXXVII. mens. V. dies III. Nicolaus Lottus matri sanctiss. mœrens pos. M. CCCC.

JULIAE MAFFAEÆ.

*Quid gemis heu tanto felicia funera luctu?
Turbantur lacrymis gaudia nostra tuis.
Parce precor tristes questus effundere, vixi,
Non erat in fatis longior hora meis.
Immatura peris, sed tu diuturnior annos
Vive meos, conjux optime, vive tuos.*

MAFFAEORUM GEMELLORUM.

*Una dies animo similes vultuq, gemellos,
Una dies fecit funere dissimiles.
Æmula sed nostra fuerint cum fata juventa,
Una meos cineres condet & urna tuos.*

ROMANA.

JULII.

*Patria Roma fuit, gens Portia, nomen Iulus,
Mars puerum instituit: Mors juvenem rapuit.*

GABRIELIS TRINISANI.

*Lustrandi studio veterum decora alta Quiritum
Veni, pro hospitio Roma dedit tumulum.
Forma, anni, mores, patria genus, & pater, & res,
Æqua mihi, mors hac risit, & abripuit.*

ANT. CASTALII.

Grata cum Deo viventi mors.

*Quam vivens potui nunquam gustare quietem,
Mortuus in solida jam statione fruor.
Passio, cura, labor, mors tandem & pugna recessit,
Corporea, & solum mens quod ardebat, habet.*

CANIS.

*Parve canis, tibi parva domus, & corpore parvus
Et brevis est tumulus, & breve carmen habet.*

JULII SATURNI.

*Patris erat quondam spes & solamen Iulus,
Nunc desiderium mortuus & lacryma.*

MARCI MUSURI CRETENSIS.

*Musure o mansure parum, properata tulisti
Præmia: namq; citò tradita, raptà citò.*

BARISELLI.

*Hic jaceo, qui dum Barisellatus almæ urbis fungor of-
ficio, á cruenta morte abripior. noli mihi mortuo male-
dicere, nequeo in tenebris respondere. Vix. annos L. Mar-
fiola de Capriolis viro, Faustina & Virgilia patri opt. mul-
tis cum lacrymis pos.*

GEORGII CASTANEÆ.

*I, bené fac, medius: Dum iratis vulnera amicis
Esse veto, adscivi per mea damna necem.*

LUDOVICO LUCENÆ

*Hispano, qui præter cæteras virtutes, quibus longé aliis
excel-*

excelluit, hanc maximé coluit, ut omnibus assidué beneficeret, & neminem ob id sibi devinctum esse vellet.

ALIUD.

HORTENSIAE AGAZARIAE MELINAE UXORI
unanimes, concordis, dulcissimæ, Petrus Melinus conjux
desolatissimus, mœroris sui monumentum pos. Vix. ann.
XIX. mens. II.

Méne fugis, nec cara sequor te Hortensia? plus te

Pecco ego. te cogit fatum, ego lege vector.

Hoc rumpi non posse dei docuere; sed illam,

Si qua via est, frangi posse docebit amor.

PERINO BONACURTIO

Vaccæ Florent. qui ingenio & arte clarissimus egregios
permultos pictores, plastas feré omnes superavit; Catha-
rina Penna conjugi, Lavinia Bonacurtia patri, Josephus
Cincius Belga socero carissimo & optimo posuerunt. Vix.
ann. XLVI. mens. III. dies XXI. Obiit XIII. Calend. No-
vemb. Anno Christi M. D. XLVII.

Certantem cum te secum natura videret,

Irata in tenebras misit, & ad tumulum.

At tumulus si te tegit, & Perine tenebra;

Et tenebra & tumulus non tua facta tegunt.

LACTANTII FUSCI.

Hic vicit sortem, potuit non vincere mortem,

Dum sortem vicit, mortuus occubuit.

ANTONIO DE CERVATTIS,

Cæsar-Augustano R. Innocentii Cardinalis Cibo ele-
gantissimo Architricino, ingenio, industria & fide ad ho-
nestum gradum evecto, multis jam laboribus fatigato,
qui dum quietioré vitam quærit, immatura morte præ-
ventus, quam vivens non invenit, hic requiem ducit. Vix.
ann. XL. Obiit M. D. XXI.

LAURENTII FLORENTINI
sculptoris.

Roma mihi tumulum tribuit, Florentia vitam.

Nemo alio vellet nasci & obire loco.

ROMANA.

Mortuo non obtrestandum.

*Larva meum qua post fatum maledicere gaudes,
In faciem mihi cur tua lingua fuit?*

ALIUD.

*Mors voluit mundum sub certa lege teneri,
Nam cinis est hodie, qui fuit ignis heri.*

JULII ARSINII.

*Quam bene pro patria Julii cadis inclyte, si non
Tecum arma & pietas, & caderet patria.*

ALIUD.

Vide quid sim, fui quod estis, eritis quod sum.

PONTIAE.

Pontia Titi Pontii filia hinc sum, quae duobus natis ve-
neno absumptis, avaritiae opus, ipsa mihi mortem conscivi.
Tu quisquis es, qui huc transis, si pius es, a me oculos averte.

ATHEI.

Vixi. & ultra vitam nil credidi, quomodo vadam nescio. in-
vitus morior. Valete posteri.

SUE TRUNCO MARCIDO ET
florido simul.

*Aspice quam subito marcet quod floruit ante!
Aspice quam subito quod fuit ante cadit!*

IN MARIAE S. ANGELI.

*Quod fuit Idololum, nunc templum est Virginis, auctor
Est Pius ipse pater: Dæmones aufugite.*

Ibidem in Xenodochio.

*Hospes discite novum mortis genus, improba felix,
Dum teneo, digitum mordet, & intereo.*

ALIBI.

Cadaver.

*Prius sperma foetidum;
Vixi domus stercorum;
Denatus esca vermium.
Speculum peregrinationis humana.*

IN TEMPLO S. PETRI IN VATICANO.

Antonius Cardinalis S. Praxedis, mortem præ oculis
semper habens, vivus sibi posuit. Anno Domini M. D. I.

IN TEMPLO GERMANORUM.

*Scis remeare datum nulli post justa: daretur
Si mihi, si nullus, si remeare velim.
Ætates omnes defunctum sera vocavit
Mors: reliquum vita quid nisi pœna fuit?
Sanctè si Musas colui, fortasse sepultus,
Vita inter vivos nunc meliore fruor.*

IN BAPTISTERIO CONSTANTINI MAGNI,
quod est in templo Lateranensi.

*Insons esse volens isto mundare lavacro,
Seu patrio premeris crimine, seu proprio.*

IN BELVEDERE SEU HORTIS PAPAE.

PIUS IV. Medices Mediolanensis Pontif. Max. quò
commodiores honestioresq; sibi successoribusq; hortos
Vaticanos redderet, complures aulas, cubicula & sc̄alas,
circum supraq; hemicyclum, pleraq; à fundamentis ex-
truxit: quasdam in veterem formam restituit, atq; exor-
navit ann. sal. M. D. LXII. Pontif. sui ann. III. Kalend.
Jan. absolvit.

IBIDEM.

PIUS IV. Medices Mediolanens. Pontif. Max. hanc in
nemore palatii apostolici aream, porticum, fontem, ædi-
ficiumq; construxit, usuiq; suo & succedentium sibi Pon-
tificum dedicavit. Ann. sal. M. D. LXI.

IN DOMO INQUISITIONIS.

PIUS V. Pontif. Max. congregationis sanctæ Inquisi-
tionis domum hanc, quò hæreticæ pravitatis sectatores
cautiùs coërcerentur, à fundamentis in augmentum Ca-
tholicæ religionis erexit. Anno M. D. LXIX.

AD S. CRUCIS IN HIERUSALEM.

*Vita prior mortem, sed mors tibi prima secundam
Vitam, qua nunquam est interitura, dedit.*

ROMANA.

Ibidem.

AD S. SEBASTIANI.

Hic est locus sanctissimus, in quo est summa & vera remissio omnium peccatorum, & splendor & lux perpetua, & sine fine lætitia, quam Christi martyr Sebastianus promeruit: & virtute sacrificii liberatur anima.

IN S. SABINAE.

*I nunc, & rebus fidas Romane secundis,
Cuncta brevi cum sint interitura die.
Orbis delicias & Titum & Vespasianum
Terrarum dominos hac capit urna duos.*

IN FORO TRAJANI.

CLAUDIO CLAUDIANO V.C. Tribuno & Notario. inter cæteras ingentes artes prægloriosiss. Poëtarum, licet ad memoriam sempiternam carmina ab eodem scripta sufficiant: attamen testimonii gratiã ob iudicii sui fidem D. D. N. N. Arcadius & Honorius feliciss. ac doctissimi Imp. Senatu petente, statuam in foro Divi Trajani erigi collocariq; jusserunt.

AD S. MARIAM DE POPULO.

*Barbariem Hermoleos Latio qui depulit omnem,
Barbarus heic situs est: utraq; lingua gemit.
Urbs Venetium vitam, mortem dedit in clyta Roma.
Non potuit nasci clarius, atq; mori.*

In Martis æde.

*Martyrii virgo gestans Martina coronam,
Ejecto hinc Martis nomine templa tenet.*

IN TEMPLO D. PETRI AD VINCULA.

D. O. M. S.

JACOBO SADOLETO Episcopo Carpentoraëtis s. r. s. Presb. Card. viro morum gravitate, prudentia, & vitæ integritate præstantissimo, doctrina & eloquentia, cum iis quos mirata est antiquitas comparando, Paulus Sadoletus Episc. Carpentoraëtis, & Camillus Sadoletus fratrum filii mœstissimi, multis cum lacrymis patruo B. M. pro tempore posuerunt.

Avari

ROMANA.

29

Avari patris & filii.

*Qui, dum vita data est, semper vivebat avarus,
Heredi parcens, invidus ipse sibi,
Hæc accumbentem sculpi genialiter arte
Se jussit docta post sua fata manu:
Ut saltem recubans in morte quiescere posset,
Securaq; jacens ille quiete frui.
Filius à dextra residet, qui castra secutus,
Occidit ante patris funera mæsta sui.
Sed quid defunctis prodest genialis imago?
Hoc potius ritu vivere debuerant.*

A L I B I.

M. Canulcius Zosinus vix. ann. xxxviii. Fecit patronus lib. benemerenti. Hic in vita sua nulli maledixit: sine voluntate patroni nihil fecit: multum ponderis auri arg. penes eum semper fuit: concupivit ex eo nihil unquam. Hic armorum cælatura omnes vicit, &c.

AD JO. LATERAN.

Pius v. P. M. signa de Caroli ix C. G. R. perduellibus, iisdemque Ecclesiæ hostibus, à Sfortia Comite S. Floræ Pontificii auxiliarii exercitus duce capta, relataq; in principe Ecclesiarum Basilica suspendit: & omnipotenti DEO tantæ victoriæ auctori dicavit, ann. 1570.

A L I B I.

FELIX NI-
MIUM PRIOR
ÆTAS.

OMNIS ÆTAS DE
SVO TEMPORE CON-
QUESTA EST.

NULLI PRÆCLUSA EST VIRTUS,
omnibus patet; non quærit donum, non cen-
sum, sed nudo homine contenta est.

AD PORTAM MAJOREM.

Heus viator miraculum! Hæc vir & uxor non litigant.

B iiij

Quæres, qui sumus? non dicam. At eodum ipsa dico.
Hic Belbius Ebrius, me Ebriam nuncupat, non dico amplius.
Ohe conjux: & jam defuncta garris?

IN LAURENTII CAMPO MARTIO.

*Comensis Casanova, dum priores
Et duces canit, & canit poetas
Præcurtis Epigrammatis: perennem
Ac longam sibi gloriam paravit.*

IN VIA FLAMINIA SUPRA FONTEM
Lymphæ matri sacrum.

Si humano ingenio perpetuó viatoribus parari vina
potuissent, non amœnum, quem cernitis, fontem C. Lepidus
magna impensa adauxisset. Pota felix.

IN ARCU S. VITI.

Gallieno clementissimo Principi, cujus invicta virtus
sola pietate superata est: Aurelius Victor dedicatissimus
numini majestatiq; ejus.

IN ARCU TRIUMPHALI CON-
stantini Imp.

Imp. Cæs. Fl. Constantino Max. P. F. Aug. S. P. Q. R.
quod instinctu divinitatis, mentis magnitudine, cum ex-
ercitu suo tam de Tyranno, quàm de omni ejus factio-
ne, uno tempore justis Remp. ultus est armis, arcum tri-
umphis insignem dicavit

Liberatori Urbis:
Fundatori Quietis.

ALIBI IN TUMULO.

Vixi quemadmodū volui: quare mortuus sūm, nescio.

AD S. PETRI IN VATICANO.

Gregor. XIII. P. M. hanc sanctam portam á Julio III.
anno 1550. apertam & clausam, aperuit & clausit Anno
Jobelæ 1575.

PORTAE COELIMONTANAE.

Gregor. XIII. P. M. publicæ utilitati, & urbis ornamen-
to viam Campanam constravit, portam exstruxit. Anno
1574. Pontif. III. IN

IN MARIAE MAJORIS.

Xyfti IV. P. M. An. IIX. Stephano qui vixit an. XXIIIX.
Platina fr. bene merenti P. sibiq; ac posteris. Quisquis es,
fi pius, Platinam & suos ne vexes; angusté jacent, & soli
volunt esse.

IN BIBLIOTHECA VATICANA MANU HEN-
RICI IIX. regis Anglia libro de sept. Sacramen. contra
Lutherum hæc verba inscripta leguntur:

Anglorum rex Henricus, Leoni Decimo mittit hoc
opus, & fidei testem, & amicitia.

PORTAE POPULI.

Paulus III. P. M. portam in hanc amplitudinem ex-
tulit, viam Flaminiam stravit.

IN PANTHEO.

D. O. M. Raphaëli sancto Jo. F. Urbinati pictori emi-
nentiss. veterumq; æmulo. cujus spirantes propé imagi-
nes si contemplere, naturæ atq; artis fœdus facile inspe-
xeris: Julii II. & Leon. X. PP. MM. picturæ & architecturæ
operibus gloriam auxit. Vix. ann. 37. integrè integros.
Quo die natus est, eo esse desit. 8. Id. April. 1520.

*Ille hic est Raphaël, timuit quo sospite vinci
Rerum magna parens, & moriente mori.*

TABULAE IN LATIO REPERTAE.

Pompejus Sicilia recuperata, Afiica tota subacta, Ma-
gni nomine inde capto, ad solis occasus transgressus, cre-
ctis in Pyrenæo trophæis, oppid. D C C C. LXXXVI. ab Al-
pib. ad fines Hispaniæ * redactis, Sertorium domuit, bel-
lo civili extincto, iterum triumphales currus Eques Ro-
manus indixit. Deinde ad tota maria, & solis ortus mis-
sus, non seipsum tantum, sed patriam coronavit.

IN BIBLIOTHECA VATICANA.

Uti unicum bonum scientia est: ita inscitia malum.
Dormiens homo, nullius est precii.

D. O. M.

Raphaëli Macconio Romano corporis venustate, inge-

B V

nii acumine, morum elegantia, bonarum artium studiis exornato, Musarum amicitiaq; cultori, principibus viris grato, qui civibus carus, desiderio sui apud omnes relicto; Obiit d. 17. Octobris, An. Dn. 1563. Vix. an. 38. m. xi. d. 23. Horatius Mutius Romanus amico dulciss. ex testam. Monum. P.

D. O. M.

Antonio Sabello, qui in omnibus fortunæ eventibus totus ex se pendens, aureaq; mediocritate contentus, suos non minús virtutum suarum exemplo, quám beneficiis honestavit: Steph. & Raph. Frs. mæstiss. PP. B. an. 71. m. 5. d. 7. O. 2. Julii. 1572.

D. O. M.

Constantino Rhallo Veneto, qui majoribus opulentiss. ac potentiss. editus in summa commutatione fortunæ summam animi æquitatem: in summa integritate vitæ placidiss. mores: in summa eruditione parem modestiam perpetuó retinuit: Polydorus Rhallus F. dolore confectus P. B. an. 68. m. 3. d. 9. O. Id. Septemb. ann. 1573. *Ἰνα δὲ τὸν βιώσειεν, ἐβίωσεν ὡς δυνάμεν* O.

IN VATICANO.

SIXTUS V. P. P. M. Bibliothecam Apostolicam, Smi prioribus illis Pontificibus, qui B. Petri vocem audierunt, in ipsis adhuc surgentis Ecclesiæ primordiis inchoatam, pace Ecclesiæ reddita, Laterani institutam, á posterioribus deinde in Vaticanum, ut ad usus Pontificios paratior esset, translata, ibiq; á Nicolao V. auctam, á Sixto IIII. insigniter excultam, quó fidei nostræ, & veterum Ecclesiasticæ disciplinæ rituum documenta omnibus linguis expressa, & aliorum multiplex sacrorum copia librorum conservaretur; ad puram & incorruptam fidei & doctrinæ veritatem, perpetua successione in nos derivandam, toto terrarum orbe celeberrimam, cum loco depresso, obscuro & insalubri sita esset, aula per ampla vestibulo, cubiculis circum & infra, scalis, porticibus, totoq; ædificio á fundamentis extracto, subselliis, pluteisq; directis, libris dispositis, in hunc editum, perlucidum, salubrem, magis oportu-

portunum locum extulit, picturis illustribus undiq; ornavit, liberalibusq; doctrinis, & publicæ studiorum utilitati dicavit. ANNO M.D. LXXXVIII. Pontificatus sui IV.

IBIDEM IN ALIO LAPIDE.

SIXTI V. P. P. M. perpetuo hoc decreto, de libris Vaticanæ Bibliothecæ conservandis, quæ infra sunt scripta hunc in modum sancita sunt, inviolateq; observantor.

Nemini libros, codices, volumina hujus Vaticanæ Bibliothecæ ex ea auferendi, extrahendi, alióve asportandi, non Bibliothecario, neq; custodibus scribisq; neq; quibusvis aliis cujusvis ordinis & dignitatis, nisi de licentia summi Rom. Pontificis scripta manu, facultas esto. Si quis secus fecerit, libros partémve aliquam abstulerit, extraxerit, clepserit, rapseritq; conerpserit, corruperit dolo malo; illico á fidelium communione ejectus, maledictus, anathematis vinculo colligatus esto. á quoquam, præterquam Rom. P. P. ne absolvitor.

IN OBELISCO AREAE S. PETRI.

Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat,
Christus ab omni malo plebem suam defendit.

IN PEDE EJUSDEM OBELISCI.

Si lapis est unus; de qua fiet arte levatus?

Quod si sunt plures; dic ubi congeries?

IN CUTTURNIO APUD S. STEPHANUM.

Prius abluere mentem.

IN CONCLAVI PONTIFICIO.

Alexander Farnesius, Octavii f. Parmæ ac Placentiæ Dux tertius, provinciam nactus Belgicam, Philippi Hispaniarum Regis imperia detrectantem, Mastricchum urbem munitissimam expugnavit: Bironium Gallum, diversarum partiũ Ducem collatis signis prælio vicit: Duncercham, Gandavum, Brugas, Hypras, Teremundam, Bruxellas, aliaq; plurima Belgii oppida aut vi cepit, aut ad deditionem compulit. Antuerpiam nullis humanis viribus expugnabilem, ingenti ad Scaldim fluvium operum magnitudine circummunitam in deditionem acce-

pit: Novesium receptum Coloniensi Archiepiscopo reddidit: Belgas omnes, qui continentem incolunt, in Philippi Regis potestatem, & ad Ecclesiæ Rom. obedientiam reduxit. Hasce ob res, aliasq; fortiter gestas, à S. P. Q. R. summus Imperator, elogio propè majorum triumphos, quorum gloriam aut vicit, aut certè æquavit, ornatus est. Achille Cibo, Octaviano Crescentino Coss. Ulixæ Lanferinio Gallo, Lamætio Mancino Cap. Reg. Priore.

EREMITA AD CUPIDINEM, QUEM
humeris portat.

*In sylvis habitans ab amoris carcere liber
Credideram demens vivere posse diu.
Sed Deus ille potens hominum confundere mentem,
Hunc ut amem nolens vult, humerisq; feram.*

SATURNUS.

*Cùm solus rapiat fugientibus omnia seclis,
Cur tamen hunc virtus temnere sola potest?*

AQUILA JOVIS.

*Tela, suosq; Jovi volucris portavit amores:
Nec manus hæc semper fulmina sæva jacit.*

MARS.

*Mars & Religio jure hic sua regna locarunt:
Quàm benè Roma colit, tam benè bella gerit.*

APOLLO.

*Qui placidus cantu & metuendus arundinis ictu es,
Non calamis, sed nunc utere Phœbe lyra.*

VENUS.

*Exere candidulum risu Venus aurea dentem,
Ut maria & placidi sint sine nube dies.*

MERCURIUS.

*Ut jungor, noceo, aut prosum Thegeaticus ales.
Quid facit hospitium, sitne bonum anne malum?*

IN

IN VILLA ARCHIEPISCOPI
Neapolitani.

*Villam perpetua salubritatis
Suburbum modo montis Esquilini,
Oliverius ille Cardinalis,
Docta clara Neapolis propago,
Hanc Caraffa pius suis amicis
Dicat omnibus hospites venite.*

HADRIANO VI. PONT. MAX.

ex Traiecto insigni inferioris Germaniæ urbe, qui dum rerum humanarum maximè averfatur splendorem; ultrò à proceribus ob incomparabilem sacrarum disciplinarum scientiam, ac propè divinam castissimi animi moderationem, Carolo v. Cæs. Augusto præceptor, Ecclesiæ Dertusensis Antistes, sacri senatus patribus collega, Hispaniarum Regis præses, Reipub. denique Christianæ divinitus Pontifex adscitus. Vixit annos LXV. mens. VI. dies XIII. Decessit XXIIX. Calend. Octobr. Anno à partu virginis M. D. XXIII. Pontificatus sui anno II. Wilhelmus Enkenvort illius benignitate & auspiciis tit. S. Joannis & Pauli Presbyter, Cardinalis Dertusens. faciund. curav.

BLONDO FLAVIO

Foroliviensi historico celebri, multorum Pontif. Rom. Secretario fidelissimo, Blondi quinq; filii patri benemerenti unanimes posuere. Vixit an. LXXI. Obiit prid. Non. Jun. Anno salutis Christi M. CCC. LXIII. Pio Pontif. Max. sibi natisque favente.

EPIGRAMMA VETUSTISSIMUM IN CAPITE
pontis Judæorum.

*Hospes quod deico paululum est, asta ac pellege;
Heic est sepulcrum haud pulcrum pulcræi fœmina,
Nomen parentes nominarunt Claudiam,
Suom maritum corde dilexit, suo.
Gnatos duos creavit, horum alterum
In terra linquit, alium sub terra locat.
Sermone lepido, tum autem incessu commodo,
Domum servavit, lanam fecit, dixi, abes.*

ALIBI.

Cilnia Campetia, H.F. in qua fuit inimitabilis castitas,
probissima verecundia, incomparabilis innocentia, per-
petua quiescit in pace. q. vixit an. XVIII. m. XI. dies XXI.

AD PONTEM S. ANGELI.

Qui colitis Cybelam, & qui Phryga plangitis Atyn
Dum vacat, & tacita Dindyma voce silent;
Flete meos cineres, non est alienus in illis
Hector, & hoc tumulo Mygdonis umbra tegor.
Ille ego qui magni parvus cognominis heres,
Corpore in exiguo res numerosa fui.
Flectere doctus equos, nitida certare palastra,
Ferre jocos, astu fallere, nosse fidem.
At tibi dent superi quantum Domitilla mereris,
Qua facis exigua ne jaceamus humo.

IN ACIE FLORAE, IN AREA DOMUS CUJUSDAM,
Matthia Hungaria regi armato & equestri, Turcorumq;
turbam calcanti, Scaramella Elogium hoc
addidit.

Matthiae Corvino Hungariae & Bohemiae Regi, pio,
felici, semper invicto.

Quod virtute & armis Turcorum impetus fregerit, atq;
alias bellicosiss. vicerit nationes, ac fuis fugatisq; saepe
hostibus, insignibus victoriis triumphos maximos sit
consecutus: quod Remp. Christianam felicitate ac sapientia
sua vel bello vel pace confirmaverit, & Imperatoriis Regi-
isq; virtutibus Romani generis specimen dederit, aetate
nostra clarissimum ad cumulum immortalis gloriae ejus,
& vestri, Quirites, sanguinis ornamentum.

Ch. Scaramella.

EPITAPHIUM CANIS.

Longo ac fido amore probatus domino, senio confe-
ctus: servata stirpe: hic jaceo. Hoc me honore sepulcri he-
rus dignatus est. Rubinio Catulo.

Alibi.

Decipimur votis: & tempore fallimur: & mors
Irridet, curas: anxia vita nihil.

In

R O M A N A.

In fronte palatii Ducis Valentini.

Stet domus hac, donec fluctus formica marinos
Ebibat, & totum testudo perambulet orbem.

Ad S. Clementem.

In me, qui legis hac, cognosce quàm breve posse
Est hominis: potui dum, quod es, ipse fui.
A modo nil possum: quia tantùm pulvis & os sum.
Sic tu nil poteris, quando sepultus eris.

Vera felicitas.

Jugera non faciunt felicem plurima, frater,
Non Tergestini dulcia musta soli.
Non Tyria vestes, auri non pondera flavi,
Non ebur, aut gemma, non juvenile decus.
Non dulcis nati soboles, non bellula conjux,
Non tenuisse sua sceptrâ superba manu.
Noveris & rerum causas licet, astra, poliç,
Et nostro quicquid sub Jove mundus habet.
At mea, si quæris, qua sit sententia, frater,
Dicam: vis felix vivere, vive DEO.

IN REGEM ROMANORUM.

Credula versutos odit Germania Gallos,
Et queritur læsam proditione fidem.
Sed tu si rebus meliùs Romane careres,
Non totiens Gallus vinceret in sidis.
Quod quaeso scelus est, si, qua tu negligis, illa
Occupet, & vacuis det sua jura bonis?
Tu ludis, potas, saltas ad tympana, dormis:
Hic vigilat, vincit, stat, meditatur, agit.
Ergo tibi studium Veneris, Bacchiç, tenet;
Hunc magis hastata Palladis arma juvant.

VALERII CORDI.

Noscere Paonias herbas, viresç, medendi,
Jam natura homini facta noverca negat.
Invidiosa Macri rapuit monumenta vetustas,
Nunc etiam Cordum mors violenta tulit.
Hunc extinctum igitur vitæ florentibus annis
Tam procul à patria, crimen Apollo tuum est.

*Lilia sic violaq; cadunt, absynthia florent,
Quanta eheu rebus damna parata bonis!
Italia huic tumulum, tribuit Germania vitam;
Quid poterat nasci clarius atq; mori?*

Obiit M.D.XLIV. VII. Kalend. Octobr. hora v. noctis.

*Ingenio superest Cordus, mens ipsa recepta est
Calo; quod terra est, maxima Roma tenet.*

HIERONYMI BRUTII.

Exiguum vitæ curriculum mortalibus natura largita
est, gloriam veró sempiternam. optanda ergo mors, quam
immortalitas sequatur.

ALIUD.

*Vivite mortales, cura, quod vivitis annis
Non sit, sed vobis quám bené vita fluat.*

Aliud.

SALVATOR loquitur.

*Si pro te proprium peccator fundo cruorem,
Te saltem lacrymas fundere ne pigeat.*

MARITI ET UXORIS.

*Hic jaceo sanctum dederat cui gratia nomen,
Ossibus est uxor contumulata meis.
Vita duos olim tenuit concorditer una,
Una quoq; extinctos occulit urna duos.*

FRANCISCI PUCCII FLORENTINI.

*Inveni portum, spes & fortuna valet,
Nil mihi vobiscum; ludite nunc alios.*

ALIUD.

*Nil vixisse juvat quenquam post fata, sed illud
Et stabile & gratum est, vivere cum superis.*

TUMULUS ROBERTI URSINI.

*Robertus jacet hic Ursina gloria gentis,
Roboris invicti militiaq; decus.
Da lacrymas, legis hac quicumq;, viriliter illi
Non licuit tanto quod cecidisse viro.*

Nam

Nam non pugnando jugularvit Martius ardor
 Heroem, in mediis millibus, inq; acie:
 Degeneri fraude est sed circumventus ab hoste,
 Proh facinus, media fossus in urbe perit.
 Cui tumulum hunc uxor posuit mœstissima, saltē
 Leniat ut casus hac pietate suos.

IN VATICANI PALATII PORTICU TERTIA ET
 summa; seu ut ipse auctor P. M. Pius IV. appellat, ambula-
 tione, graphicè descriptis præcipuis Europæ pro-
 vinciiis, addita leguntur hæc Epi-
 grammata.

ISLANDIA, insula, quam veteres Thulen nominaverē,
 Albiū insula BRITANNIA, sive ANGLIA; cujus
 ambitus est 1720. m. p. Latus quod contra Galliam est 320,
 quod vergit ad occidentem 800, tertium ad orientem 600. Tem-
 peratior est Gallia: remissioribus frigoribus caloribusq;. Sedes
 habet Archiepiscopales duas, Cantuariensem & Eboracen-
 sem: Episcopales XIX.

SCOTIA, ab Anglia dividitur angusto freto, & Solveg
 amne, ab occidente: ab oriente flumine Tmeda & monte
 Cheviota. Archiepiscopatus habet duos, S. Andrea & Bla-
 souensem: Episcopatus XIII.

HYBERNIA sive IRLANDIA, dimidio minor quam
 Britannia est, adeo lato pabulo, ut pecora, nisi astate interdum
 a pastibus arceantur, periculum sit ne pinguedine moriantur.
 Animal noxium neq; gignit, neq; invecum nutrit: apibus ca-
 ret; quamvis in ea sit mira cœli temperies, & fertilitas terra
 insignis. Episcopatus habet 50.

CELTIBERIA, HESPERIA, sive HISPANIA, omni
 rerum copia abundat, quæ sunt & ad ornandam vitam, & ad
 tuendam necessaria: equis atq; metallis dives: nihil habet oti-
 osum: quidquid fruges non fert, aptum est pecori alendo: quod
 aridum atq; sterile, rudentum materiem nauticis summini-
 strat: viros alit religionis Christiana observantissimos: a qui-
 bus indies latissime propagatur. In ea sunt sedes Archiepiscopa-
 les IX. Episcopales 46. In cœnobium B. Justi Castilia veteris.
 Carolus V. Imperat. post tot partas victorias, provinciarum,
 regnorum, & Imperii ipsius, omniq; rerum humanarum curâ

relictâ, caelestis meditationis studio, se conferens, ad sempiterni regni possessionem migravit.

CELTOGALATIA, GALLIA, cujus virtus Romanis aliâs terrori: eadem post Evangelium receptum, Ecclesia Romana periclitanti saepe auxilio fuit: quamobrem ejus reges continenter à Pontt. Maxx. honoris ergo Christianissimi sunt appellati. Viros genuit, qui gloria rerum gestarum, opum abundantia, & doctrinarum monumentis clarissimi semper existere. Solum habet ita fœcundum, ut nulla in re cedat florentissima Italia. Sedes ejus Archiepiscopales sunt XI. Episcopales XCVII.

ITALIA, provinciarum omnium pulcherrima, saluberrima, fructuosissima, viris, doctrinis, armis, frugibus, metallis, rebus omnibus ad colendam vitam necessariis florentissima: olim regina gentium, nunc religionis Christiana, Pontificumq; sedes, atq; unicum ferè virtutis perfugium. Longitudine ab Augusta Prætoria, ad Rhegium Julium, decies centena viginti m. p. Latitudo ubi plurimum 200. ubi minimum 136. Ambitu à Varo ad Arsam quadrages centena m. p.

CORSICA, patet ambitu 322. m. p.

SARDINIA, fertilis, sed soli, quàm cali melioris: patet longitudine 140. m. p. latitudine 40. ambitu 562.

SICILIA, olim horreum pop. Rom. patet ambitu 650. m. p.

GRAECIA, qua nullam olim ex iis rebus desideravit, qua natura, ingenio, fortuna, mortalibus contingunt: qua feras gentes, ductis coloniis, moribus, & singulari vitâ mäsuetudine humaniores reddidit: exterâs nationes virtute perdomitas, sibi parère coëgit: nunc ipsa suis disidiis, praviq; consiliis afflictâ, barbarissima Turcarum nationi, non sine totius Ecclesia dolore ac damno, ita servire cogitur, ut antiqua libertatis atq; dignitatis imaginem omnino nullam hodie retineat.

ASIA MINOR, olim opibus, deliciisq; affluens, nunc ANATOLIA, Turcarum imperio subjecta.

JUDAEA sive CANANAEA & PALAESTINA, terra lacte & melle fluens, Christum nobis filium DEI & generis humani redemptorem ex Bethlehem Juda dedit.

GERMANIA, vetustate gentis, hominum numero, rei militaris disciplina, ingeniorum solertia, cali salubritate, pecoris &

ris & metallorum copia, iis erga sedem Apostolicam meritis excellens, ut creandi Imperatoris jus á summo Pontif. acceperit, opemq; Christiana Reipub. maxumam afferre posse videatur.

UNGARIA, olim Pannonia inferior, præstans agri fertilitate, auri copia, virorum fortitudine, á Christianis regibus 30. perpetua successione possessa.

POLONIA, olim Sarmatia, religione, humanitate, scientia bonarum artium insignis: pascuis idonea: melle & sale fossili abundans.

SCANDIA, á nonnullis ob magnitudinem incompertam, alter orbis terrarum, & officina gentium denominata.

MOSCOVIA, regio plana, & nemorosa, paludibus referta, fluminibus irrigua.

SCYTHAE, nunc TARTARI, equitandi & sagittandi peritia clari: munitas urbes pauci incolunt: plaustra tentoriaq; animalium coriis cooperta pro domibus habent.

GRONLANDIA, terra semper virens.

BIARMIA, pascuis lata: jugalium cervorum curribus utitur, quorum incredibili celeritate juga rigentia gelu superantur. In ea tanta est piscium & ferarum copia, ut panis usum non magnopere desideret.

SCRIFINII, calceis ex ligno longis, per cacumina montium nivosa feras adsequuntur, ex quorum pellibus indumenta sibi parant. Frumenti usum non quaritant: cum pisces solo & aëre exsiccati, carnesq; ferarum atq; avium cruda, victum prabeant.

IN PALATIO CONSERVATORUM.

Opt. Principi LEONI X. Med. P. M. ob restitutam instauratamq; Urbem: aucta facta: bonasque artes: adscitos patres: sublatum vectigal: datumque congiarium.

IBIDEM.

GREGORIO XIII. P. M. opt. Principi, Hugoni Buoncompagno Bononiensi, qui Romanos magistratus, & Ecclesiasticam dignitatem, iustitiam & pietatem colens, ad Pontificiam sedem evectus, universam Remp. Christianam summa prudentia & charitate moderatur.

C ij

SALÆ REGIÆ.

PETRUS ARRAGONIÆ rex ad Urbem profectus Innocentio III. P. M. regnum Arragoniæ defert: constituta annui tributi perpetua pensione: obedientiam simul & defensionem sedi Apostolicæ pollicitus.

CAROLUS MAGNUS in patrimonii possessionem Rom. ecclesiam restituit.

GREGORIUS XI. patria Lemovicensis: admirabili doctrina, humanitate, innocentia, ut Italiæ seditionibus laboranti mederetur: & populos ab Ecclesia crebrò desciscientes, ad obedientiam revocaret; sedem Pontificiam, divino numine permotus, Avenione Romam post an. 70. reducit: sui Pontificatus an. 7. hum. salutis 1376.

Γεώργι & Ἰουδάει & ἀπετῖν & ἐπολεῖ.

Festina lenté.

ITEM SUB ALIIS TABULIS PICTIS.

ALEXANDER PAPA III. Friderici I. Imperatoris iram & impetum fugiens, abdidit se Venetias. Cognitum & à Senatu perhonorificè susceptum, Ottone Imperatoris filio navali pralio à Venetis victo captoq;, Fridericus pace facta supplex adorat, fidem & obedientiam pollicitus. Ita Pontifici sua dignitas, Veneta Reipub. beneficio restituta. An. 1177.

OTHO I. Imperator, devictis Berengario & Rodulfo filio tyrannis, provincias ab illis occupatas Ecclesia restituit.

CAROLUS V. Imp. Tunetum à Turcis occupatum, pari virtute & felicitate recipit; Paulo III. P. M. 1535.

GREGORIUS VII. Henricum Imp. malè de Ecclesia merentem, postea supplicem & pœnitentem absolvit.

GREG. II. Germaniæ magna parte ad veri DEI cultum traducta, Aridperdi Longobardor. R. donatione per Luitprandum successorem confirmata, anno summi Pont. 17. decessit.

GREG. IX. Friderico Imp. Ecclesiam oppugnanti sacris interdicit.

IN ALIIS TABULIS PICTIS

Colignii & sociorum cades.

Rex Colignii necem probat.

Aula hæc Pauli III. jussu ornari cœpta: & Prior. postea IV. & V. studio aucta; Anno Greg. XIII. primò: ad finem perducta est 1573.

CA-

CAMERARUM QUARUNDAM PONTIFICIALIUM
inscriptiones.

Adlocutio, qua divinitus impulsus Constantinianus victoriam peperere.

C. Val. Aurel. Constantini victoria adversus Maxentium: qua Christianæ opes firmatæ.

Lavacrum renascentis vitæ C. Val. Constantini.

Hodie salus Urbi & Imperio facta est.

Clem. VII. P. M. à Leone X. cœptum consummavit, 1524.

Jam tandem Christum liberè profiteri licet.

Ecclesiæ dos à Constantino tributa.

Causarum cognitio. Natura rerum. ad imaginem Salomonis.

Studia liberal. artium, ubi Phœbus & Minerva.

Jus suum unicuique tribuit Jurisprudencia.

Divinarum rerum notitia, Trinitas, Theologia.

Numine afflatur (Poësis) Physica, Ethica.

Ferdinandus rex Catholicus, Christiani Imperii propagator.

Pipinus Pius, primus amplificandæ Ecclesiæ viam aperuit, Exarchatu Ravennate, & aliis plurimis extirpato.

Lotharius Imperat. Pontificiæ libertatis assertor.

Nefas est, ubi Rex regum Christus spineam coronam tulit, Christianum hominem auream gestare.

Rodulfus rex sub Leone IV. Pont. Britanniam beato Petro facit vestigalem.

Carolus Magnus Romanæ Ecclesiæ ensis clypeusque.

DEI, non hominum, est Episcopus judicare.

Ibidem Gregorii XIII. Symbola sunt armis, nomini & officio congruentia. VIGILAT. Felix præsagium. A quo, & ad quem. Non commovebitur.

ADRIANI VI. PONTIF. EX GUICCIARDINO.

Hadrianus sextus hic situs est, qui nihil sibi infelicius in vita duxit, quàm quòd imperaret.

IN PONTE JANICULI, QUI NUNC

Xystus dicitur, ad sinistram.

Anno 1475. Qui transis Xysti quarti beneficio, Deum

C iij

roga, ut P. O. M. nobis salvet ac sospitet. Bene vale, quisquis es, ubi hæc precatus fueris.

Ad dextram.

Ad utilitatem Po. Ro. peregrinæque multitudinis ad Jubilæum venturæ, pontem hunc, quem meritó ruptum vocant, á fundamentis, magna cura & impensa, restituit, Xystumq; suo de nomine appellari voluit.

CHRISTO SERVATORI.

BERNHARDINO CAPELLO Basilicæ Vaticanæ Canonico, doctrina, integritate & morum suavitate insigni, Marius Masæus Volaterranus, & Jacobus Sadoletus ex testamento curatores, amico M. pos. Vix. an. LXII. mens. VI. Obiit an. sal. M. D. XXXII.

IN CRYPTA S. SEBASTIANI.

*Visit & hic pia mens sanctorum busta frequenter.
In Christo quorum gloria perpes erit.*

IN PANCRATII AD SUGGESTUM.

*Qui legit attendat, ad quid sacra pagina tendat,
Ad culmen cali trahit omnes voce fideli.*

IN S. AUGUSTINI.

Τὸν θάνατον τὴ φοβεῖσθαι ἢ ἡσυχίης γενέσθαι

In sepulcro Platinæ, ad S. Mariam majorem.

Θάρσει ἀδελφε. κελῶς θνήσκων, πάλιν φύεσθαι.

Urnæ inscriptum in hospital. Salvatoris.

Ἡδύς βίῳ, τὸ ζῆν γλυκύ, τὸ θανεῖν ἔσποψία.

EXTRA FLAMINIAM IN VINEA JUL. III.

DEO ET LOCI DOMINIS VOLENTIBUS.

Hoc in suburbano omnium, si non quot in orbis, at quot in Urbis sunt ambitu pulcerrimo, ad honestam potissimé voluptatem facto: honesté voluptuarier cunctis fas honestis esto. Sed ne forte quis gratis ingratus fiet: iussa hæc ante omnia omnes capessunto. Quó vis quisque ambu-

ambulato, ubi vis quiescunto, verum hoc citra somnum; circum septa illud. Passim quilibet lustranto; ast ne hulum quidem usquam attingunto: qui secus faxint, quidquamve clepserint aut rapserint, non jam ut honesti moribus, sed ut furtis onusti in crucem pessumam arcentor. Ollis vero qui florum, frondium, pomorum, olerum aliquid petierint; villici, pro anni tempore, pro rerum copia & inopia, proque merito cuiusque largiuntor. Aquam hanc, quod virgo est, ne temeranto: sitimque; fistulis, non flumine; poculis, non osculo aut volis extinguuntor. Piscium lusu oblectantor, cantu avium mulcentor, at ne quem interturbent interim cavento. Signa, statuas, lapides, picturas, & caetera totius operis miracula, quam diu lubet, obtentor; dum ne nimio stupore in ea vortantor. Si cui quid tamen haud ita mirum videbitur; eorum causa, quae nemo mirari sat quivit, aequo potius silentio, quam sermonibus iniquis, praeterito. Dehinc proximo in templo Deo ac Divo Andreae gratias agunto: vitamque & salutem Julio III. Pont. Max. Balduino ejus fratri, & eorum familiae universae plurimam & aeviternam precantor. Huic autem suburbano speciem atque amplitudinem pulcriorem indies majoremque, ac in eo quidquid inest felix faustumque perpetuum optanto.

Hisce actis valento, & salvi abeunto.

IN PONTE VIAE SALARIAE
extra urbem.

Imperante D. piissimo ac triumphali semper Justiniano P. P. Aug. Anno xxxix. Narses vir gloriosiss. ex Praeposito sacri Palatii Excoss. atque Patricius, post victoriam Gothicam, ipsis eorum Regibus celeritate mirabili, conflictu publico superatis atque prostratis, libertate urbis Romae ac totius Italiae restituta, pontem viae Salariae usque ad aquam a nefandissimo Totyla tyranno destructum, purgato fluminis alveo, in meliorem statum, quam quondam fuerat, renovavit.

VILLAE JULIAE EPIGRAPHE.

Julii III. Pontif. Max. auspicio, Balduinus ejus frater

C iij

hoc suburbanum prope Flaminiam, ab Antonio patruo Cardinale, olim animi causa comparatum: sylvis, hortis, vinetisque contiguis, & quibusvis plantarum generibus numero penè infinito, à se auctum: novoque ac politiore cultu, nullo non loco directum atque illustratum, aqua virgine, & fontibus saluberrimis & latebris terræ inaccessis, non minus ad commune omnium, quàm ad privatum commodumeductis: undique irriguum factum salientibus, piscina, aviario, atq; hoc quasi theatro, admirabili picturarum, statuarum, emblematum splendore constructis. temploq; imprimis DE O Opt. Max. ac Divo Andree ab ipso Julio Pontifice erecto, atq; dicato: sibi, Innocentio Cardinali, & Fabiano Comiti, filiis & eorum posteris, in ampliorem & auctiorem formam redegit. Prædium autem hoc ipsum, ad quidquid uspiam in eo ortum, cultum, structum, ampliatum, ornatum, vel in præsentem est, vel erit in posterum: sive totum, sive aliqua ex parte: cuiusque modi, & quantula ea cunque fuerit: præter ipsos fructus: uti nullo prorsus pretio, nullo pacto, nullo jure, cuiquam unquam alicui vendi, obligari, donari, aliòve quovis modo alienari possit, testamento in perpetuum ab eodem Baldvino omnibus est interdictum. Ne de nomine exeat familiæ suæ.

A D E S P O T U M.

Papa Pius moritur Quintus, res mira, tot inter Pontifices tantum quinque fuisse pros.

P A P I N I A N I J. C. E X S A R C O P H A G O.

Æmilio P Papiniano præf. præf. J. C. qui vixit ann. 36. mens. IV. d. X. Papinianus Hottilius, Eugenia Gracilis parentes, heu turbato ordine, filio opt. F. F.

E J U S D E M A L I U D E X U R N A A R G E N T E A.

Æmilii Papiniani J. C. & præf. præf. requiescunt hæc ossa. Cui infelix pater & mater sacrum F. F. mortuo.

A N G E L I V A D I.

*Ipse quod es, lector, fuimus nos, tu quoque, fies
Quod sumus: hoc melior sors mea, quàm tua sors.*

D. M.

D. M.

*Vivite qui legitis, caelestia quarite. nostra hac
In cineres tandem gloria tota redit.*

AD IMAGINEM NYMPHAE DORMIENTIS.

*Hujus Nympha loci sacri custodia fontis
Dormio, dum blandæ sentio murmur aquæ;
Parce meum, quisquis tangis cava murmura, somnum
Rumpere; si ve bibas, si ve larvè, tace.*

IN ANTONINI IMP. STATUAM
equestrè.

Paulus III. P. M. statuam æneam equestrè à S. P. Q. R. M. Antonino Pio etiam tum viventi statutam, variis dein urbis casibus eversam, & à Sixto IIII. P. M. ad Lateranensem Basilicam repositam, ut memoriæ optimi principis consuleret, patriæq; decora atque ornamenta restitueret, ex humiliori loco in aream Capitolinam transtulit atque dicavit.

IN MARMORE, QUOD EST AD DEXTRAM
introëuntibus Capitolium.

Triumphali gentilium pompa, Augustorum honori reddi solita, ad devotum Christianæ religionis cultum redacta, Dei genitricis Virginis festo die, dum Christi salvatoris nostri mirabile simulacrum ex Laterano in Esquilias ad Mariæ matris majorem eodem quotannis ingenti plausu, solenniq; processione defertur, pro senatus, magistratumq; & totius equestris ordinis dignitate, populiq; & plebis observantia; néve ulla posthac inter plebeia collegia contentio fiat, decretum est, ut hoc statuto ordine universi cum suis faculis, thalamisq;, & luminaribus sacram imaginem, qua iter fecerit, comitentur, ea ratione, ut qui proximiores simulacro sint, digniores habeantur. Aquarii iter auspicentur, post fornacarii, molidinarii, muliones, lignarii, vinarii, caupones, salsamentarii, candelarii ex sevo, piscatores, piscarii, vinitores, olitoresque, pistores furnariiq;, pellipari, figuli, stabularii, ergastuli lignorum, mercimoniarii, fellarii, coriarii, tonsores, calcearii, lanii,

C V

sutores sartoresque, fabri lignarii, fabri ferrarii, aurifices, aromatarii, lanifices fullonesque, mercatores pannorum, agricultores, boarii, thalamus Rom. fisci. Si quis ergo fecus fecerit, xxv. aureorum poena multetur.

AD IMAGINEM FLORAE.

Firmum corporis robur, castasque; mensarum delicias, & beatam animi securitatem amatoribus meis promitto.

AD EFFIGIEM GENII.

*Quis tu late puer? Genius. cur dextera aristas,
Læva uvas, vertex curve papaver habent?
Hæc tria dona Deum, Cereris, Bacchi atque Soporis.
Namque his mortales vivitis, & Genio.*

IN DOMO QUADAM TRANSTIBERINA.

*Roma vetus, veteres dum te rexere Quirites,
Nec bonus immunis, nec malus ullus erat;
Defunctis patribus successit prava juvenus,
Quorum consilio præcipitata ruis.*

IN HOSPITALI S. MARIAE
de consolatione.

Sceletos viatori.

*Carnibus orba suis cur sint hæc, forte requiris,
Juncta tamen justo corporis ossa situ?
Sic mandata dedi vivens Antonia quondam,
Et moriens eadem jussa suprema dedi.
Ut sceletos fierem, medici quò discere possent,
Quanta forent, quot, quo qualibet ossa loco.
Quod jussi, fecit Gisbertus, gratia magna
Huic maneat, satis est lux mihi perpetua.*

IBIDEM.

Quòd hoc vides, amice, corpus sine corpore, ne stupeas aut damnes quisquis es. Testamento sic ipsa cavi, ut hoc, quod cernis, fierem, Philosophis ac Medicis sacrum. Horum si es de numero; sacro legato utitor. Sin prophanus, indoctus; hinc ocyus abscedito.

IN

ROMANA.

43

IN S. JO. LATERAN.

*Omnia si lustris aliena climata terra,
Non est in toto sanctior orbe locus.*

IN CASTELLO S. ANGELI SEU
mole Adriani.

Quæ olim intra hanc arcem collapsa, impedita, fœdata erant, ea nunc à Paulo III. P. M. ad solidam firmitatem, commodam utilitatem, subtilem venustatem exstructa, disposita, ornata conspiciuntur.

ANTE D. PAULI VIA OSTIENSI, AD PORTAM, quæ anno Jubilæo aperitur.

*Præterit ut ventus princeps seu rex opulentus,
Et nos, ut fumus, pulvis & umbra sumus.
Tot tantisq; bonis pollens Petrus ecce Leonis,
Respic quam modico nunc tegitur tumulo.
Vir fuit immensus, quem proles, gloria, census
Sustulit in vita, non sit ut alter ita.
Legum servator, patria decus, urbis amator
Exstruxit celsis turribus astra poli.
Omnia præclara mors obtenebravit amara;
Nominis ergo DEI gratia parcat ei.
Junius in mundo fulgebat sole secundo,
Separat hunc nobis cum polus atq; lapis.*

IN CIRCUITU MOLIS ADRIANI.

*E Libra venit Romanas victor ad arces
Casar, & in niveis aureus ivit equis.
Ille triumphavit, sed tu plus Paule triumphas;
Victor namq; tuis oscula dat pedibus.*

Franchinus F.

IN MONTE CABALLINO.

Thermarum Constantini.

Petronius Perenna, Magnus Quadrantinus, V. CL. III. præf. Urbi, thermas Constantinæ longa injuria, & abolendæ civilis vel potius fatalis cladis vastatione vehementer afflictas, ita ut agnitione sui ex omni parte perditæ, desperationem cunctis reparationis afferrent, deputato

ab ampliff. * parvo sumptu, quantum pub. patiebantur
angustia, ab extremo * vindicavit, & provisione longis-
sima in pristinam faciem splendoremq; restituit.

SUPRA PORTAM ANGELICAM.

Qui Rempublicam vult esse salvam, nos sequatur.

A L I B I.

Fortia agere & pati, Romanum est.

IN HORTIS CARDINALIS URBINI.

Epitaphium canis.

*Quod potui, posui tibi fida catella sepulchrum,
Digna magis cali munere quam tumuli.*

I T E M.

*Candenti e lapide hac tibi convenit urna: fuisti
Candida tota pilo, candida tota fide.
Si calum, ut quondam, canibus patet; haud tua terras
Incendet, sed ver stella perenne dabit.*

Titæ catellæ blandiff.

Antonius Theobaldæus.

A L I B I.

Senum vita Juvenum mors
Publicum auget Privatum dissipat.

Nefandum, Remp. habere quæstui.
Præmia magistratui honor & gloria.
Servata pace, restituta feliciter.
Præferre patriam liberis regentem decet.
Constantia civium arx est munitissima.
Florente repub. omnia suppetunt.
Bené gestorum memoria non senescit.
Virtutes sibi vera ornamenta.
Dux bonorum omnium veritas,
Frugalitas commune præsidium.
Fama virtutum tuba perennis.
Modesté veniendum, honesté recedendum.

LEGES

LEGES CONVIVALES ROMÆ

ALICUNDE DESCRIPTAE.

BONO GENIO, GRATIIS

Hilaritatiq̄.

Qui hæc læta propitiq̄; vitæ humanæ numina colant
venerenturq̄; statisq̄; item solennibus hîc sacra faciant,
sodales, viri probi, atq̄; elegantes duodecim eleguntor:
singulis fascia candida esto, cui hoc symbolum aureis lit-
teris intextum fiet, **BONUS GENIUS, LIBERTATIS
FILIUS.**

Horum ritè electorum sacrum collegium esto, appel-
lantorq̄; **LIBERI GENIALES.** His potestas fiet colle-
gii supplendi augendiq̄; nec lectissimæ scæminæ repudi-
antor.

Erudiri, hilares, honesti, faciles adsciscuntor. quisquis
idiota, tristis, inurbanus, durus, procul esto.

Cumq̄; indictum coactumq̄; sit liberorum collegium;
jocis, risu, salibus, cantu, saltatione, festaq̄; hilaritate &
honestâ libertate sacra celebrantor.

Omnis calamitatum memoria, miserorum curæ, ægro-
rum dolores, rixæ Lapitharum, contentiones amarulen-
tæ, dira fatalis horæ præsensio, & cladium futurarum ma-
la omnia, prodigiaq̄; & portenta procul sunt.

Ubi amatoris litibus, querelis, atq̄; suspiriis liber lo-
cus sit, lugere, lamentari, referre amoris incommoda, ab
ingenioq̄; sodalium opem implorare, cuiq̄; jus esto.

Epulæ non ferculorum copia, varietateq̄; sed obsoni-
orum bellariorumq̄; delectu exquisito, & civili semper
sumtu parantor.

Pueri Baccho, mensæq̄; præpositi, in verrendo, refrige-
randoque solo, locis ad umbram exquirendis diligentes
sunt. mappæ candidæ, mantilia turbinatim scitè com-
plicata, virentibus foliis, & floribus consperguntor. Ob-
sonator peritus gulæ, cocus industria insignis, structor ex-
peditus, lagenarum præfectus non insulse bibax, ministri
à dapibus oculati, celeres, muti; à poculis autem auriti,
honesti & elegantes sunt.

Argentum, stannum, fictilia, egregie tersa apponuntor; calices, variaq; pocula, splendida, rorantiaq; adferuntor; vina puris fontibus, & puteis refrigerantor. Glacies autem, & Alpinae nives, diri salutis hostes, non accersuntor.

In discubitu ætati honos esto: matronis castis, si adsint, aut elegantibus puellis, si quis adduxerit, juxta quem volent, discumbendi potestas esto.

Coronati omnes, uti quisq; volet, rosa, floribus, myrto, hedera, lauro, jucundissime epulantor.

Moderatis poculis sodales provocare fas esto. certamina autem ad æquales haustus interdicta sunt.

Singulo quoq; epulo singuli ex collegio descripti annulos in urnam deponunt. Pueri manu sorte annulus unus tollatur: is cujus fuerit, sequentis symposii princeps esto. Ei autem, cum placuerit, & quando voluerit, epuli sumtum, diem, locum, apparatus indicere fas fiet. Qui non paruerit, ut prophanus e collegio excluditor.

Sodalibus jus sit, umbram ducere, quam quisq; volet, neq; eam, sive sit morio frigidus, vel ineptus scurra, vel poeta insulsus, arcere jus esto.

Qui sanctis purisq; legibus contra ierit, duplicis epuli poena multator.

Potestas autem libera sit declamandi, disputandi de toto liberalium artium negotio, & earum praesertim litterarum, que uno humanarum nomine continentur. Remotis mensis, ablegataque extrorsum familia; symposii princeps quaestionem sodalium censurae definienda proponito: respondentes confessus ordine subsequuntor. In primis de superis loqui, & de exquisita Christianae fidei ratione disserere, potis & saturis nefas esto: cum id ad jejunos & sobrios religiosè pertineat.

De munere vero militari, de provocatoriis legibus ad singulare certamen, de statu actioneq; verae nobilitatis, de officio viri elegantis, de praescripto jure libertatis matronarum & viduarum, de zelotypia, amatorisq; obsequiis certa ratione terminandis: postremo de praestantia civilis cultus, & ratione domesticae disciplinae, & de finibus urbanae voluptatis, disserere fas esto.

EXTRA

EXTRA URBEM VIA NUMENTANA IN
templo Agnetis á filia Imp. Constantini
olim exstructo.

*Constantina Deum venerans, Christoq; dicata,
Sacra vit templum victricis virginis Hænes.
Christi nomen enim celebratur sedibus istis,
Tartaream solus potuit qui vincere mortem:
Invictum solus calis inferre triumphum.*

TIBURI.

IN PORTA.

UBI Justitia, ibi Concordia.

IN ARCE.

*Grata bonis, in visa malis, inimica superbis
Sum tibi Tibur. enim sic Pius instituit.*





NEAPOLITANA.
IN NEAPOLIN J. CÆSAR
SCALIGER.

PArthenope varii statuit discrimina mundi:
 Quæ tria diverso tempore secla dedit.
 Aurea Pythagoras communis commoda vita,
 Et docuit Sophia Gracia magna procos.
 Altera succedens studiorum mollior atas,
 Admisit Musas debiliore sono.
 Tertia vulnifici quæ sivit premia ferri:
 Atq; equitum potuit sola tenere decus.
 Sic ex privata & serva regina super sum;
 Roma, quod est, fueram: quæ modò sum, quod eras.

INSCRIPTIONES.

IN FINIBUS REGNI NEAPOLITANI
ad fontem quendam.

Philippo II. Catholico regnante, PERAF. ALCALAE
 Dux pro rege. Hospes, hîc sunt fines regni Neapolitani. Si
 amicus adveneris; pacata invenies omnia: & malis mori-
 bus pulsus, bonas leges. M. D. LXVIII.

MOLAE, OLIM FORMIIS, IN PORTA.

Phil. II. Cath. regnante, Peraf. Alcalæ Dux pro rege. Si
 quis aquam & pontes contempletur, naturam & artem
 pulchritudine certantes ita dijudicet, ut neutri, quod su-
 um est, deficiat.

IN PORTA GLANICI FL. QUI ET LYRIS,
nunc il Garigliano.

Phil. II. Catholico regnante, Peraf. Alcalæ Dux pro re-
 ge. Ponte exstructo, via munita, celebritatem Appiæ &
 Flaminiae magnificentiam longè superans. CLD ID LXVIII.

PONTIS

NEAPOLITANA.

49

PONTIS VULTURNI.

Phil. I I. Cath. regnante Peras. Alcalæ Dux pro rege. Et hoc auctori nihil unquam humile, nihil angustū in omni vita cogitanti, monumentum debetur. M. D. LXVIII.

IN ADITU CRYPTAE PUTEOLANAE,
prope Neapolin per montem Pausilypum itineris gratia excavata, cippus est erectus triangularis, cum triplici inscriptione.

In latere meridion. HAC ROMAM.

In latere Boreali: ISTAC PUTEOS.

In tertio latere:

Philippo I I. Cathol. regnante Peras. Alcalæ Dux pro rege: qui vias fecit á Neapoli ad Brutios, ad Appulos, ad Samnites, ad Latinos, opere amplissimo: hanc quoque viam, cuius antè difficilem, arctam, interruptam, cum iter ejus ad mare direxisset, vastaq; scopulorum immanitate constrata, novam aperuisset, Puteolos, multo brevior, perpetuam, illustrem, atque latam perduxit. M. D. LXVIII.

IBIDEM.

Cujus operâ pulcherrimæ piæ, ejus & providentiâ tutissimæ.

IN PONTE VICINO.

Philippo Hispaniæ rege imperante Petrus Afan, Alchalemium Princeps, constituta sanctis legibus civitate, viam hanc abscissis montibus facilem ac tutissimam reddidit. M. D. LXI.

NEAPOLI

IN MONASTERIO MONTIS OLIVETI.

Antonius de Alexandro Jurisconsultus, ad suas & suorum reliquias, quousq; omnes resurgamus, reponendas, sacellum hoc construxit, & redemptori nostro dicavit. M. CCCC. LXXXI.

Quo loco, quove tempore fiat hæc migratio, quid interest? Undique Christi fidelibus ad cælestia regna patet aditus. Sequentur autem me haud dubie, quicunque non præcesserint.

D

NEAPOLITANA.

ALIUD IBIDEM.

*Qui fuit Alfonsi quondam pars maxima regni,
Marinus hac modica nunc tumulatur humo.
Nil nisi divinum stabile est, humana laborant.*

TIBI COELI REGINA

Galeacius Caracciolus, cui bona multa contulisti, á quo item mala abruncasti plurima, sacellum marmoreū, cum signis & omni cultu gratus libensq; dedico, & tanquam decumam solvo. Anno post editá á te salutem M. D. XVI. VIII. Id. Jan.

Galeacio Caracciolo, qui sub regibus Arragoneis egregiam sapius in bello operam navavit: quiq; in expugnatione Hydruntina adversus Turcas regis signis præfuit. Vixit an. L VII. Nicolaus Anton. parenti optimo fecit.

EX ALTERA PARTE.

Nicol. Anton. Galeacii fil. Caracciolus Vici Marchio, & Cæsaris á latere Consiliarius, sibi vivens, & Juliæ Laganiæ conjugii incomparabili. M. D. XLIII.

AD INTROITUM EJUSDEM SACELLI.

Omnia Domine tua sunt, & quæ de manu accepimus tua, reddimus tibi.

Nicolaus Antonius Vici Marchio: sacellum hoc á Galeacio patre inchoatum, omnibus suis partibus expletū, lætus obtulit, dedicavitque: á partu Virginis ann. M. D. LXVIII. mens. primo, die VI.

DIVUS LADISLAUS.

*Qui populos bello tumidos, qui clade tyrannos
Perculit intrepidus victor terraq; mariq;
Lux Italiam, regni splendor clarissimus hic est.
Cui tanto, heu, lacryma soror Illustrissima fratri
Rex Ladislaus, decus altum & gloria regum,
Defuncto pulcrum dedit hoc regina Joanna,
Utraq; sculpta sedens, majestas ultima regum
Francorum, soboles Caroli ab origine primi.*

D. O. M.

Scipioni Antonii fil. Sumæ, Caroli v. á latere Consiliario, II

NEAPOLITANA.

rio, in administranda justitia, in provinciis regendis, in
rebus bellicis expediendis, integritate, prudentia, & fide.
Vixit annos LXIII. mens. III. Obiit á partu Virginis
M. D. LII. XVII. Kl. Novembr. Hippolyta Momfortia
marito optimo.

IN TEMPLO S. MARIAE.

*Astur is ungue Leo pullum rapiens aquilinum,
Hic deplumavit acephalumq; dedit.*

ALIUD AD CLARAE.

Hic jacet Princeps illustris Dominus Carolus, primo-
genitus serenissimi domini nostri, Domini Roberti, Dei
gratiâ Hierusalem & Siciliae regis inclyti, Dux Calabriae,
ac praefati Domini nostri Regis Vicarius generalis. Anno
M. CCC. XXIV.

VICTORIAE CAPICIAE, uxori integerrimae. Ne
quos singularis amor, & mirabilis concordia conjunxit,
vel mors ipsa divideret tumulo: hic conjugis cineres ex-
pectant viri. Julius Caesar Sconditus pos.

AD S. MARIAE DE PORTA NOVA.

Quam praeposterè res sese humanae habent! cujus mi-
hi dulcissimas manus oculos prius claudere fas fuit, infe-
liciss. parens filium hic antè condidi meum. Ademit im-
portuna mors seni baculum, cui defessa jam adnitens æ-
tas annos allevaret suos. nunc antè me mors assequetur,
quàm hæ lacrymæ deserant.

Carolus Morimini Joanni F. B. M. pos. Vixit an. XXVII.
M. I. d. VIII. M. CCCC. LXXXIII.

AD S. GEORGII.

*Orbitatis misera miserere, hospes:
Unica parentum spes, unica lux,
Egregia forma, rara indole puer,
Triennio vix exacto, hic è suorum
Complexu raptus clauditur.
En rerum humanarum conditio!*

IBIDEM.

*Indulgens natura fuit, sors cruda puella,
Qua jacet hic, primo rapt a puerperio.*

D 4

NEAPOLITANA.

Et decor, & lepidi mores, & dulcia lingua
 Flumina, & atatis flos, pietatis amor,
 Decretum duri nequierunt vincere fati,
 Ante diem bona tot sustulit una dies.
 Talis ad Elysios abiit Catharina recessus;
 Lucifer ut visus nube adopertus abit.
 Perpetuas liquit lacrymas utriq; parenti,
 Perpetuó extinctam sexus uterq; dolet.

Avete parentes opt. Tomasio Duro, rari exempli Patri-
 tio: & Juliae Rotæ genere, & religione insigni: Filii colla-
 crymantes facere cur. erepti. An. M. D. XXXVI.

Felices, quibus una fuit mens semper; & una
 Quos tulit hora simul; quos lapis unus habet.

MICH. AMIDEUS CIVIS NEAP.

Cúm fex, cúm limus, cúm res vilissima simus,
 Unde superbimus, si ad terram terra redimus?

VIRGINIS MATRIS.

Partus & integritas discordes tempore longo,
 Virginis in gremio foedera pacis habent.

Hospes legas, ne lugeas rogo.

Illa Isabella Ricchisentia Cardonia
 Neap. pro Regina jacet híc.

Quam si oculis in terris vidisse viventem
 Summa fuit beatitudo:

Quanto feliciores erunt, quibus animo
 In calis eandem (quinam mori potuit?)

Contemplari contigerit!

Credendum est ejus formam & virtutem
 Anima ad aeternam gloriam fuisse comites.

Occidit aurora oriente, et. sus

Ann. XXXVI. v. Mart.

LUCRETIA EBULA.

Perpetuus mariti dolor híc sita est.
 Joannes Vincentius Loffredus
 Conjugi dulcissima fecit. Voluit idem
 Huc ejus inferri cineres; ut cum ea
 Semper uná esse posse mortuo saltém

Liceat.

NEAPOLITANA.

Liceat, id quod vivo non licuit.

Hinc pauperum cadavera non arceantur.

IBIDEM.

Si genus, pulchritudo, ingenium, si parentum amor,
Pietas, labor, ac diligentia mortales asserere possent
Ab impetu furentis mortis; Portia Pignatella, infelix
Mater, invitaq; superstes, nunquam Lucretiæ
Caracciolæ nobile cadaver, lacrymans, sacro spiritui,
hoc tumulo condidisset.

Vixit annos XXIII. m. XI. d. XXVI.

Decessit á partu Virg. An. M. D. LII.

D. O. M.

O mortalem variam instabilemq; fortunam!

Joan. Boot Antvverpiæ nascitur: ut prudentior fieret,
lustrat Europam: Tandem Neapoli, dum legibus operam
navat, atq; officiosissimé negotiatur: majorum splendo-
re nobilis; fide, pietate, ac singulari integritate longé no-
bilio: in ipso ætatis flore moritur: Antonius fratruelis;
quem vivum servare non potuit, hic ex testamento con-
dito cadavere, piis lacrymis ad superos conscendentem
prosecutus est. Decessit á partu Virgineo M. D. LVII.
d. XXIIII. Febr.

IBIDEM.

Antonius Amabilis Protonot. Aposto. & Canonicus
Neap. de suo nihil aliud, quám tantulum marmoris sibi
reliquit.

An. sal. M. D. LII.

IN S. JOSEPHI.

Sic mors ipsa, cum venerit, vincitur,
Si, prius quám veniat, semper timeatur.

Anno M. D. XXI.

IBIDEM.

Hic æquis passibus patrem secutus, æqué enituisse:
ni mors immatura tantam gloriæ expectationem inter-
cepisset.

D. iij

*Qua mihi debebas suprema munera vita,
 Infelix solvo nunc tibi, nate, prior.
 (Fortuna inconstans, lex & variabilis & vi)
 Debueras cineri jam superesse meo.
 Hac dat matris amor rapti solamina nati,
 Invida cui Lachesis tam breve necesse opus.
 Nate jaces vivo, contra mea vota, superstes.
 Vox gemitus posthac, lux mihi erunt tenebrae.*

Maria Ayerba Ferdinando Termucanorum
 Duci, filio dulcissimo, perpetuó mœrens
 posuit. M. D. XXXI.

IBIDEM.

Baldassari Richæ, fratri concordiss.
 Caspar natu major superstes
 Commune marmor posuit, ut quos vita conjun-
 ctissimos tenuit, mors indivisos custodiret.

Ann. S. M. D. XVIII.

Obiit annum agens XXVII. XXI. Decemb.

ALIUD.

Joannes Orbinus hîc situs est. Qui summo corporis at-
 que animi vigore bella gerendo, Cæsari victorias, Hispa-
 niæ decus, & sibi nomen cum immortali gloria compa-
 ravit.

Anno sal. M. D. XXXI.

Rodoricus Ripalta amicus benemerenti pos.

AD S. SEVERINI.

Hic ossa quiescunt Jacobi Sanseverini, Comitis Sapo-
 nariæ, veneno miseré, ob avaritiam, necati, cum duobus
 miseris fratribus, eodem fato, eadem hora commori-
 entibus.

IBIDEM.

Jacet hîc Sigismundus Sanseverinus, veneno impié ab-
 sumptus, qui eodem fato, eodem tempore, pereuntes ger-
 manos fratres nec alloqui, nec cernere potuit.

IBIDEM.

Hic situs est Ascanius Sanseverinus, cui, obeunti co-
 dem

dem veneno iniqué atque impié, commorientes fratres
nec alloqui, nec videre quidem licuit.

IBIDEM.

Hospes miserrimæ miserrimam defleas orbitatem. En
illa Hippolyta Montia, post natas fœminas infeliciss. quæ
Ugoni Sanseverino conjugii tres maximæ expectationis
F. F. F. peperit. Qui venenatis poculis (vicit in familia
(proh scelus) pietatem cupiditas, timorem audacia, &
rationem amentia) unâ in miserorum complexibus pa-
rentum miserabiliter illico exspirarunt. Vir, ægritudine
sensim obrepente, paucis post annis, in his etiam mani-
bus exspiravit. Ego tot superstes funeribus, cujus requies
in tenebris, solamen in lacrymis & cura omnis in morte
collocatur, quos vides separatim tumulos, ob æterni do-
loris monumentum, & in memoriam posui illorû sem-
piternam. Ann. 1547.

AD S. SEVERINI.

*Dum facio infelix æterno funera fletus;
Creverunt lacrymis hæc monumenta meis.*

*Quis, nisi mollissem tristissima corda, rigerem
Ipsa etiam, hoc toto corpore facta silex.*

Guidoni Ferramoscæ Comiti Mignano con-
jugi O. M. Isabella Castriota infelix contra
votum P.

IN TEMPLO MONTIS OLIVETI.

Qui legis hæc, summissiùs legas, ne dormientem exci-
tes. Rege Ferdinando orta Maria Arragonea hic clausa est.
Nupsit Antonio Piccolomineo Amalfæ Duci strenuo, cui
reliquit tres filias, pignus amoris mutui. Puellam qui-
escere credibile est, quæ mori digna non fuit. Vixit ann.
viginti. Anno Domini M. C. C. C. C. LX.

IBIDEM.

*Quis jacet hoc gelido sub marmore? maxumus ille
Piscator; belli gloria, pacis honos.*

*Nunquid & hic pisces cepit? non. ergo quid? urbes,
Magnanimos reges, oppida, regna, ducas.*

D iij

*Dic quibus hac cepit Piscator retibus? alto
 Consilio, intrepido corde, alacriq; manu.
 Qui tantum rapuere Ducem? duo numina, Mars, Mors,
 Ut raperent quisnam compulit? Invidia.
 Nil nocuere ipsi. vivit nam Fama superstes,
 Qua Martem & Mortem vincit, & Invidiam.
 Auctor Ariostus, ut ajunt.*

IBID. AD PORTAM SACELLI.

Quam capit hic tumultus, Cæcilia Januaria inter præcipua urbis ornamenta, venustatis atque pudicitiae exemplum, hic à Julio Januario marito miserabili, donec ejus cineres commodiori, & utrique solum communi sepulcro deponantur, sita est. Elata ex abortu, cunctis lacrymantibus. Anno abortu salutis M. D. XXX. XVI. Calend. April.

ITEM.

Hisabellæ Oriliæ, cui nunquam vel tantillum querelarum dedimus; superstites novem filii, matri optimæ. Vixit ann. LVII. Obiit M. D. XXXVII.

HOSPES MIRARE SEPULTI
fidem.

Hic, dum arcis Parthenopææ à Divo Alfonso Arragoneo præfectus, classica & terrestri obsidione premeretur, ne fidem pollueret, exhausto jam ærario, imminencia capitis pericula sponte negligens, foedum mularum & canum esum non respuit; quin duobus fratribus captivis ab hoste oppositis, ne tormentorum ictus increbescerent, socio sanguini fortitudinem præferens, à proposito non est abductus. Deinceps mortuo rege inclyto Ferdinando, uberrima multorum frangendæ fidei præmia ludibrio habuit.

FLEBILE AMICI OBSEQUIUM,

*Pierides tumulo violas, Venus alma hyacinthos,
 Balsama dant Charites, cinnama spargit Amor,
 Phœbus odoratas laurus, Mars ipse amaranthos,
 Nos lacrymas rara munus amicitia.*

Alexandri Novolatiæ Comitiss, juvenis (proh dolor)
 & bel-

& bellicis & litterariis dotibus ornatiss. ossa hinc quiescunt
pro tempore. Vixit ann. P. M. xxxiii.

Hic tantum mortem doluit, quod in acie non cecidisset,
quibus notus sat, miseré deplorandus. Anno M. D. xxx.
non. Augusti,

I B I D E M.

Qui legis, mortem inculato, quæ tot venustatis ornamenta,
tot gratiarum elegantias, tot pudicitia flosculos
in una Portia Caracciola germinantes acerbissimé sepelivit.
Isabella soror Castrovillari Dux hanc illi urnam, immortalium
causam lacrymarum, erexit. M. D. L.

Quisquis me nunc calcas vivus, cogita, si sapis, idem
te mox futurum.

I B I D E M.

Marianum Alaneum, Bucclanici Comitem, domi militiaeque
clarissimum, & Katharinellam Ursinam pudicitia insignem,
conjuges in vita concordissimos, ne mors quidem ipsa disjunct.
Liberi pientissimi, ut parentes optimi junctim, sicut optaverant,
cõderentur, curavere. M. CCCC. LXXVII.

A L I U D.

Huic virtus gloriam, gloria immortalitatem comparavit. M. CCCC. LXX.

A L I U D.

*Flos tener hinc languet, qui ni cecidisset; ut urna
Nomine sic magna laude niteret avi.*

A L I U D.

Mortales, an scimus quid futura nobis dies promittat?
natalem, & locum, & diem scimus; sepulturae nescimus.
Blancina mihi nomen est, Barcellona patria; hæc dum bello
gravius premitur, ipsa liberos ut viserem, Neapolin profecta
sum; ubi dum quinquennium exigo, supremus mihi dies affuit;
condi hinc volui, neminemque sepulcro huic inferri cavi,
nullius mecum cineres misceri passura.

Blancina Barcellonensis hinc posita est, quæ obiit xxviii.
Julii. M. CCCC. Lxix. Vixit an. Lxxx. quorum Lx. sine que-

rela exegit cum Jacobo Ferraro conjuge concordissimo.
Jo. fil. posuit.

Hic Terra tegit Terram.

IBIDEM.

*Quid me felicem vani dixere parentes,
Si mihi morte fuit vita molesta magis?
Nil bene successit patrias moriturus ad oras
Dum propero, hic sepelit Parthenopea senem.*

ALIUD.

Rodoricus Mendotia Angelæ-Mariæ filiæ carissimæ,
cujus nuptiarum spem præmaturo funere finivit, hoc
monumentum posuit, ei superstes ipse, cujus parentalia
exspectabat. Vixit an. VII. M. D. XLIV.

AD CATHARINAE A FORMELLO.

Loisius Acciapaccia Eques Neapolitanus, pedestrium
copiarum ductor, sedem hanc sibi paravit, ne cui, vel in re
parva, molestus esset, ut idem moriens faceret, quod vivus
fecit. M. D. LII.

IBIDEM.

Constantinus Castriotus hic tegitur, sanguine & co-
gnatione regum ac Cæsarea clarus; morum candore insi-
gnis; dignitate Pontifex Esfernensis; dum probè vivit; in-
tempestidè moritur. Andronica Cominata avia paterna,
nepoti optimo posuit. M. D.

IBIDEM.

Araldo de montibus, cui verbum nullum unquam ex
ore excidit, unde quisquam posset offendi; Pompejus de
montibus patrueli optimo, & homini rarissimo, memo-
riæ causa. Anno à partu Virgineo M. D. LVII.

IN DOMINICI.

Ad enses Marchionis Pescariæ.

*Pescario Marti debetur Martius ensis.
Barbara adest: tutus medios potes ire per hostes.*

AD S. CRUCEM.

Hic jacet summæ humilitatis exemplar, corpus vene-
rabilis

rabilis memoriæ sanctæ sororis Claræ, olim dominæ Sanctiæ, Reginæ Hierusalem, & Siciliæ, relictæ claræ memoriæ serenissimi domini Roberti, Hierusalem & Siciliæ regis, quæ post obitum ejusdem regis viri sui, agens viduitatis debitæ annum, deinde transitoria pro æternis commutans, ac induens in ejus corpore, pro amore Christi, voluntariam paupertatem, bonis suis omnibus in alimoniam pauperum distributis, hoc celebre monasterium sanctæ Crucis, opus manuum suarum, sub ordinis obedientia est ingressa, anno Domini millesimo, trecentesimo, quadragésimo quarto, die XXI. Januarii, duodecimæ Indiæ. in quo vitam beatam ducens, secundum regulam beati Francisci patris pauperum; tandem vitæ suæ terminum religiosè consummavit. Anno Domini M. CCC. XXXV. die XXVIII. Julii, tertiædecimæ Indiæ. sequenti verò die factis exsequiis tumulatur.

AD S. LAURENTIUM.

JOHANNI FRANCISCO

PIGNONO,

In quo tot virtutum flores enitebant, ut immortales posteris fructus pollicerentur, sed tamen (cheu) spem fructuum rapidus Auster ilico ad terram decussit. Aurelius & Cæcilia Ursina parentes certatim collacrymantes, filio quam cariss. ob egregias dotes poss. Elatus quiescenti, quam mortuo similior. Ann. agens XIII. M. D. XLVIII.

IBIDEM.

Johannes Baptista Villanus. Quam vivus nequirit, mortuus invenit requiem. M. D. LV.

IN S. AUGUSTINI.

Quot lacrymas moriens liquisti, filia, matri,

Tot tibi dent superi gaudia perpetuo.

Ter conata sequi, ter spiritus haeserat ori,

Quod volui, haud potui, te moriente mori.

Solamen si quod misera est, insomnia praestant,

Quum tristem in somnis ludit imago animam.

Claudiae Gaglianæ foeminæ rariss. Quæ vixit annos XIX. menses X. dies IV. Angela Ferrayola mater infeliciss. F.

Quam tunc dolor intestinus deseret, quum clemens
mors illam affequetur.

IBIDEM.

Antonius Corradus Aquinatum Pontifex, nobilitate
clarus, virtute clarior, pietate ac religione clarissimus,
hic situs est. Daria-Gregoria de Aquino leviro beneme-
renti ex suo pos. An. ab ortu salutis M. D. XXXIII.

IBIDEM.

Dioneus fuit Tornaquintius. Ann. vixi vix XVIII. vitæ
instabilitatis exemplum. M. D. XIII.

IBIDEM.

*Flere tuum licuit, frater dulcissime, funus:
Addere perpetuus non licuit lacrymas.*

Paulo Fontanæ Augustiniano Theologo, Conciona-
tori ætatis suæ eloquentiss. qui vixit ann. XXXIII. mens.
VIII. d. VII. Michaël Fontana frat. opt. ac B. M. ob pietatem
posuit. Obiit An. Christi M. D. XXIII. Augusti XXVI.

*Sub hoc Epitaphio picta est aquila; tenens librum ma-
gnum apertum, adjectis verbis seqq.*

Paulum veró Neapolit. Eremit. in quo potissimum
laudum genere collocem, non invenio. Nam si probita-
tem, si studia, humanitatem, liberalitatem, gratiam spe-
ctem; nemini secundus apparebit. Si dicendi peritiam, fa-
cundiam, promptitudinem, modulatis, vocem, aptiss. ge-
stus, concinnos flores, luculenta verba, beatam memori-
am, ferventiss. hortationes, propheticum furorem: pri-
mum in sua ætate locum facile obtinebit. cujus peren-
nem atque beatiss. eloquentiæ fontem toties Urbs ipsa
Roma, Venetorum Senatus, Janua, Panhormus, Sicilia,
Regnum Apuliæ, & quod rariss. est, patria Neapolis, ma-
ximo plausu pluries est admirata: quem in medio fortu-
narum cursu, ut desiderabiliorem nobis, sic & feliciorum
sibi, mors ipsa abstulit, finem quoq; tantorum laborum
& volenti, & plurimum exoptanti præstitit.

IBIDEM.

Tibi Dei para Virgo, sacroque sancto partui tuo, Bern-
ardus

ardus Summaja, & Lucretia de Gondi, concordissimo animo, sacellum cum ara, tumulo, ac omni cultu dedicamus. M. D. XLIII.

IBIDEM.

Ferdinandus Celentanus Neap. videns mortales omnes, hunc suis, ac uxoris Aureliæ Servillæ, posterumque ossibus quietis locum in vita paravit. Anno Domini M. D. LI.

IBIDEM.

Annibal Marzanus Cæs. à rationibus, Morti sive serotinae, sive acerbae, pu fillo marmore obstitit.

ALIUD.

Nata, eheu miserum, misero mihi nata parenti,

Unicus ut fieres unica nata dolor.

Nam tibi dumq; virum, tadas, thalamumq; parabam,

Funera & inferias anxius ecce paro.

Debuimus tecum poni materq; paterq;

Ut tribus hac miseris urna parata foret.

At nos perpetui gemitus, tu nata sepulcri

Est heres, ubi sic impia fata volunt.

Antonix fil. cariss. quæ Hieronymo Granatæ juveni ornatiss. destinata uxor ann. nondum impleverat XIII. Joan. Gaudinus & Eleonora Bossa parentes infeliciss. poss. Rapta ex eorum complexibus Anno sal. M. D. XXX. prid. Cal. Jan.

ALIBI.

Hospes eram mundo, per mundum semper eundo,

Nunc suprema dies fit mihi summa quies.

D. O. M.

Subsiste parumper viator, si placet, & quis hoc tegatur tumulo, lege. fuit is Johannes ille Waltherus ab Hirnhaim Germanus, inter equestris ordinis viros miles fortiss. qui Carolum v. Imp. Augustum in omni fortuna secutus, à consiliis illi, à legationibus & præcipuis munitis bellicis fidelem & strenuam operam præstitit. Idem ejus

filio Philippo Hisp. & Angliæ Regi præstiturus v. r. mill. Germanorū in hoc regnum duxit; sed eodem die, quo in Hernicis pax bello, morbus vitæ illius finem imposuit. Ergo tu quisquis es miles, qui hæc legeris, fato tuo ne terere, sed cogita, summos etiam duces sæpe extra bellum occumbere. Obiit xviii. Aug. Ann. M. D. LVII.

Henricus á Pappenhaim Sac. Rom. Imp. hæreditarius Marschaleus, militum tribunus, avunculo benemerito gratitudinis ergó cum lacrymis P. F.

Hans Walther von Hirnhaim bin ich genant/
Mit ehren führt ich mein Ritterstandt/
Des Keyser Carls Raht vnd Oberster ich was/
Seins sohns Philipsen gleicher maß.
Dann ich sein land vnd leut zu verfechten
Zog hiereyn mit sechs tausent landstnechten,
Als aber der Krieg in frid verwendt/
Hab ich zu Imenzal mein leben geendt.
Der Körper ist hie zur erden bestat/
Mein seel in guad Gott aufgenommen hat.

D. O. M.

LACT. LUCAITIUS CAUSID.

Spiritum Deo,	Probitatem famæ,
Prolem naturæ,	Nefas Herebo,
Labores sorti,	Ossaq; sepulcro.
Sibi vivens ac posteris D.	

Axiud.

Quid? Omnia.	Si nihil; cur omnia?
Quid omnia? Nihil.	Nihil; ut omnia.

AD S. LAURENTII.

Hospes quid sim, vides. Quid fuerim, nosti.
Futurus ipse quid sis, cogita.

*Inferri sancto manes quia turpe putavi,
Idcirco ante fores conditus hic jaceo.*

Erricus Rud. Eq. Neap. vivus sibi posuit, ne de sepulcro sollicitus heres esset, néve vivorum negligentia obesset mortuo.

IN S. JOAN. DE CARBONARA.

Lucretia de Baucis, Comitissa Burgentiæ & Cagiani
Ducissa, videns defunctorum curam triduo deleri, ne po-
steris ulla sui relinquatur, vivens hoc sibi posuit.

IN S. PETRI.

Apud DEUM nihil operosa humilitate sublimius:
Nullum theatrum virtuti conscientia majus.

ALIUD.

Hic requiescit sanctæ memoriæ excellentissima Do-
mina Maria, Dei gratiâ Jerusalem, Sicilia, Ungariæq; Re-
gina, Magnifici Principis quondam Stephani, Dei gratia
Regis Ungariæ fil. ac relicta vidua claræ memoriæ inclyti
Principis D. Caroli secundi, & mater serenissimi Principis
ac Dn. Domini Roberti, dictorum regnorum Regum Il-
lustrium, quæ obiit Anno Domini 1323. indict. 16. die 25.
mensis Martii: cujus anima requiescit in pace.

D. M.

*Injice, si pietas usquam est, suspiria, & imple
Mecum hospes lacrymis marmoris hoc vacuum:
Nam forma exemplum perit cum obiit mea Lyda,
Quam petiere homines, & petiere dii.*

ALIUD.

*Verna puer, puer ô mi verna quis? ah quis ab aura
In tenebras rapuit perditus, heu morerer,
Ni tecum assidue loquerer, ni sæpè jocando
Fallerer, hinc te dum continuo adspicio.
Semper ero tecum, & si me sopor occupet, umbram
Te umbra petam, ergo unquam ne metue abs te abeam.*

IN COENACULO MÓNACHORUM
montis Oliveti.

Alphonso Arragoniæ Regi justissimo, invictissimo,
munificentissimo, Oliverus Ordo, ob singularem erga se
beneficentiâ, qui cum hic conjunctiss. vixit, ut regia ma-
jestate deposita, cum eis unâ cibum caperet, ministris de-
inde mensarum ministraret, lectitaretque, F. C.

NEAPOLITANA.

IN DOMO ALEMANNI CIVIS NEAP.
inscriptio lapidis antiqui.

Μ. Μάριος ὁπίκλιτος τῆ τύχῃ
τῆς νέας πόλεως ἀνέθηκεν χαιρήμερον.

AD S. PETRI.

Post Jesu Christi resurrectionem, & ad cælos ascensionem anno vigesimo, Beatus Petrus Apostolus Neapolim veniens, prima jecit fundamenta præsentis Ecclesiæ, ab eodem nuncupatæ, & ad memoriam posteritatis extabat titulus marmoreo lapide inscriptus parieti campanarum confabricatus, qui exercitu barbarico Neapolitanum agrum pervagante interceptus est.

Idem Apostolorum princeps eandem Ecclesiam per seipsum consecravit, & in hujus dedicationis memoriam extat lapis marmoreus, Græcis literis exsculptus, qui in dextro cornu majoris altaris conditur.

IBIDEM.

Gumbertus Dei gratia Marchio Brandenburg. Stetin. Pomer. Cassuborum & Slavorum Dux, Burggrafius Norinbergæ, & Princeps Rugen. qui obiit Mercurii, D. Joh. Bapt. 24. Junii. Anno 1528.

CAROLI MORIMINI.

Fui, non sum. estis, non eritis. nemo immortalis.

Somno & securitati æternæ. Carolo Morimini patri opt. Trojanus & Henricus F. virtutis & amoris causa.

IN TEMPLO S. MARIAE NOVAE.

Ossibus & memoriæ Petri Navarrae Cantabri, solerti in expugnandis urbibus arte clarissimi. Consalvus Ferdinandus Ludovici filius, Magni Consalvi nepos, Sueffæ Princeps, Ducum Gallorum partes secutum pio sepulcri munere honestavit, cum hoc in se habeat præclara virtus, ut etiam in hoste sit admirabilis.

IBIDEM.

Odetto Fuccio Lautrecho Consalvus Ferdinandus Ludovici Cordubani F. Magni Consalvi nepos, cum eius ossa

ossa, quamvis hostis, ut belli fortuna tulerat, sine honore jacere comperisset; humanarum miseriarum memor Gallo duci Hispanus Princeps in avito facello P.

IN JO. EVANGELISTAE.

Angelo Papacodæ, Fran. Filio Martoranensi Episcopo, viro ornatissimo, qui in non magnis opibus magnū exercens animum; nulla magis in re, quā aliorum levanda inopia suis bonis usus est. Hæredes B. M. P. Decessit ex mortalib. an. nat. 66. ab ortu mundi rediivi 1537.

IN S. MARIAE.

In mundo spes nulla boni, spes nulla salutis.

Una salus servire DEO: sunt cætera fraudes.

IN VESTIBULO AEDIIUM PRINCIPIS
Magdalonii.

Huc quicumq; venis faustè & benè veneris hospes,

Comiter in nostra suscipere domo.

SUPRA CAMINUM.

Si propiùs steteris, flagras: si longiùs, alges.

IN MONTE PIZOFALCONIO.

Andreas Caraffa, S. Severinæ Comes, villam hîc struxit, Caraffanam quæ appellavit; Lucillum imitatus parili animo, licet opibus impar, atque ita sanxit: Delicati juvenes huc ne accedunto. emeriti senes, nec inglorii, honesta quiete hîc fruuntor. Viri docti bonique ingenia hîc exercito. Qui è Caraffa gentilitate fuerit, qui sanctiones hasce non servaverit, suburbani hujus exhæres esto, proximiorq; succedito. Anno M.D. XII.

IN MURO HORTI CAPELLAE.

EXERCITIUM est humanæ vitæ conservatio: caloris naturalis lima: excitatio dormientis: naturæ virtutum corroboratio: superfluitatum consumptio: ocio inimicum: temporis lucrum: juventutis debitum, & senectutis gaudium.

Ille ergo solus ab exercitio abstineat, qui utriusq; sanitatis beneficio vult carere.

NEAPOLITANA.

IN CASTELLO EREMI.

Hic á Toletó cognomine Petrus humatus,

Vir vita & studiis, clarus & ingenio.

Servanda huic primúm quem rex profecerat arci,

Ut munita foret rupibus, arte, fide.

Servata hac annos ter senos, nomen & ossa

Hujus perpetuó servet & omne decus.

Vixit annos L X I. obiit anno M. D. L I X. D. Sophia Me-
goran. uxor P. ut vir iusserat.

IN LEUCOPETRA VILLA ANTE
ingressum.

Hospes, etsi properas, ne sis impius, præteriens hoc
ædificium venerator. Hic enim Carolus v. Rom. Imp. á
debellata Africa veniens, triduum in liberali Leucopetræ
gremio consumpsit. florem spargito, & vale. Anno M.
D. XXXV.

IN TURRI.

Ut diurno lusu defessus Pan, Satyris Nymphisq; co-
mitantibus, cum Musis simul tutus á prædonibus noctu
quiesceret: Bernardus Martiranus Patritius Consentinus,
Regni Neapolitani sub Carolo Cæsare v. Secretarius, pro-
pugnaculum hoc erexit. Annom. D. XXXII.

SACELLUM JOANNIS JOVIANI PONTANI VI-
detur Neapoli ad templum S. Maria majoris, extrinse-
cus gravissimis hisce sententiis conspicuum.

In magnis opibus, ut admodum difficile, sic admo-
dum pulcrum est, seipsum continere.

In utraq; fortuna ipsius fortunæ memor esto.

Seró pœnitet, quanquam citó pœnitet, qui in re du-
bia nimis citó decernit.

Integritate fides alitur: fide veró amicitia.

Nec temeritas semper felix, nec prudentia ubiq; tuta.

Hominem esse se haud meminit, qui nunquam inju-
riarum obliviscitur.

Frustra leges prætereunt, quem non absolverit con-
scientia.

In omni vitæ genere primum est seipsum noscere.

IN EODEM SACELLO ARAE DEDICATO.

Tibi, DEUS Optime Maxime, aram hanc dedicat Joannes Jovianus, nec tecum paciscitur, ut sibi, liberis posterisque; suis benefaxis: cum ipse volens libensque; gratuito benefacias cunctis: sed quia tibi ab omnibus debeatur omnia.

EPITAPHIUM IPSIUS PONTANI.

*Vivus domum hanc mihi paravi,
Quam quiescerem mortuus.
Noli obsecro injuriam mortuo facere,
Quam vivus fecerim nemini.
Sum enim Joannes Jovianus Pontanus,
Quem amaverunt bona Musa,
Suspeperunt viri probi,
Honestarunt Reges, Domini.
Scis jam qui sim, aut qui potius fuerim.
Ego vero te hospes in tenebris noscere nequeo,
Sed te ipsum ut noscas rogo. Vale.*

IBIDEM.

PETRO COMPATRI VIRO OFFICIOSISS. CONSTANTEM OB AMICITIAM, Jo. Pontanus.

Quid agam, requiris? tabesco. Scire quid sim, cupis? fui. Vitae quae fuerint condimenta, togas? Labor, dolor, aegritudo, luctus, servire superbis dominis: jugum ferre superstitionis: quos charos habeas, sepelire: patriae videre excidium: nam uxoris molestiam nunquam sensi.

HADRIANAE SAXONAE.

*Illam tori bene fida comes custosque pudici,
Cuique, & acus placuit, cui placuere coli.
Quaque, focum castosque, lares servavit, & ara
Et thura, & lacrymas, & piaserta dedit.
In prolem studiosa parens, & amabilis uni,
Quae studuit caro casta placere viro:
Hic posita est Ariadna, rose violaque, nitescant.
Quam posita est Sirio spiret odore locus.
Urna crocum domina fundat, destillet amomum
Ad tumulum, & cineri spica Cilissa fluat.*

E ij

Quinquennio postquam uxor abiisti, dedicata prius
ædicula, monumentum hoc tibi statui, tecum cotidianus
ut loquerer, nec si mihi non respondes, respondebit desi-
derium tui, per quod ipsa semper mecum es: aut obmu-
tescet memoria, per quam ipse tecum loquor. Have igitur
mea Hadriana. Ubi enim ossa mea tuis miscuero, uterque
simul bene valebimus. Vivens tecum vixi annos xxix.
dies xxix. Victurus post mortuus æternitatē æternam.

Joannes Jovianus Pontanus Hadrianæ Saxonæ, uxori
optimæ, ac bene merentiss. pos. quæ vixit annos XLVI.
mens. vi. Obiit Kalend. Mart. Anno M. CCCC. XC.

L. FRANCISCO, JOAN. PONTANI F.

Has aras pater ipse DEO, templumq; parabam,

Quo tu nate meos contegeres cineres.

Heu fati vis lava, & lex variabilis ævi;

Nam pater ipse tuos nate struo tumulos.

Inferias puero senior, natoq; sepulcrum

Pono parens. heu quid sidera dura parant?

Sed quodcunq; parant, brevè sit. namq; optima vita

Pars exacta mihi est; cætera funus erunt.

Hoc tibi pro tabulis statuo. pater ipse dolorum

Hares, tu tumulos pro patrimonio habe.

Vixit annos xxix. m. v. d. iiii.

L. Francisco F. Pontanus pater, an. Christi M. CCCC. XC.
d. xxiii. Aug. P.

LUCILII EJUSDEM PONTANI FILII.

Lucili tibi lux nomen dedit, & dedit ipsa

Mater stella tibi stellaq; luxq; simul.

Eripuit nox atra, nigra eripere tenebra,

Vixisti vix quod littera prima notat.

Hosne dies breve tæmne tibi lux fulsit, & aura

Maternum in nimbis sic tenuere jubar?

Infelix fatum! puer heu malè felix! heu quod

Nec puer es, nec lux, nec nisi inane. quid es?

Floreat ad pueri tumulum Ver, halet & urna

Lucili, & cineri spiret, inustus odor.

Dies L. non implesti fili. ô breve naturæ specimen! æ-
ternus parentum mœror, ac desiderium.

*Has Luci tibi & inferias, & munera solvo
 Annua vota pius, heu mihi, cum lacrymis.
 Hac Luci tibi & ad tumulos positumq; pheretrum
 Dona pater multis diluo cum lacrymis.
 Hac dona inferiasq; heu, heu, hunc nate capillum,
 Incanasq; comas accipe, & has lacrymas.
 His lacrymis, his te inferiis, hoc munere condo.
 Nate vale aeternum, o & valeant tumuli.
 Quin & hient tumuli, & tellus hiet, & tibi membra
 Reddat, & una duos urna tegat cineres.*

Pontanus pater L. Fran. F. infelici.

L. MARTIAE FILIAE.

*Liquisti patrem in tenebris, mea Lucia, postquam
 E luce in tenebras filia raptamibi es.
 Sed neq; tu in tenebras raptamibi es, quin ipsa tenebras
 Liquisti, & media lucida sole micas.
 Calo te nata aspicio, num nata parentem
 Aspicias? an fingit hac tibi vana pater?
 Solamen mortis misera, te nata sepulcrum
 Hoc tegit, haud cineri sensus inesse potest.
 Si qua tamen de te superat pars, nata, faterere
 Felicem quod te prima juventa rapit.
 At nos in tenebris vitam lucemq; trahemus:
 Hoc pretium patri, filia, quod genui.*

Musæ, filia, luxerunt te in obitu: at lapide in hoc luget
 te pater tuus, quem liquisti in squalore, cruciatu, gemitu.
 Heu, heu filia, quod nec morienti pater affui, qui mortis
 cordolium tibi demerem: nec sorores, quæ ingemiscenti
 collacrymarentur misellæ. nec frater singultiens, qui siti-
 enti ministraret aquulam. non mater ipsa, quæ collo im-
 plicita, ore animulam exciperet infelicissima. Hoc tamen
 felix, quod haud multos post annos te revisit, tecumque
 nunc cubat. Ast ego felicior, qui brevi cum utroq; edor-
 miscam, eodem in conditorio. Vale filia, matrique frige-
 scenti cineres interim calface, ut post etiam refocilles me-
 os. Joan. Jovianus Pontanus L. Martiæ filia dulciss. P. quæ
 vixit annos XIII. m. VII. d. XII.

Jacobus de sancto Nazario, Sannazarius dictus, mutato postea cognomēto, se Actium Sincerum nominavit. Is in Mergillina, latere Pausilypi promontorii, qua Neapolin respicit, templum exstruxit, cui nomen imposuit S. Mariæ de partu, ubi hoc distichon ad imaginē Crucifixi legitur:

*Virginis intacta partus, celsiq; Tonantis
Unicus, ut vivas, pertulit ipse mori.*

POST ARAM MONUMENTUM ACTII MARMOREUM longē pulcherrimum est, cui imposita ipsius imago, cum tali inscriptione:

*Actius hic situs est: cineres gaudet sepulti.
Nam vaga post obitus umbra dolore caret.*

ITEM.

*De sacro cineri flores, hic ille Maroni,
Sincerus Musa proximus ut tumulo.*

Vixit annos LXXII. Obiit M. D. XXX.

IBIDEM.

Fabricio Manlio nobili Barolitano, magnæ spei juveni, Camillus pater munus lacrymabile. Hic adeo Mergillinam adamavit, ut ad eam infirmus ferri, in ea mori, in ea sepeliri voluerit. An. 1566. Ob. an. 1561.

VIRGILII SEPULCHRUM NON PROCUL INDE, supra aditum, si ve introitum Cryptæ Puteolana, per montem Pausilypum itineris gratiâ acta, olim conspiciebatur: nunc hi versiculi recens candido marmori insculpti ibidem leguntur.

*Qui cineres? tumuli hæc vestigia; conditur olim
Ille hoc, qui cecinit pascua, rura, duces.*

IN CASTELLO EREMI, IN TEMPLO REGIONIS arcis novæ.

Petrus Toletus Friderici Ducis filius, Marchio Villæ Franchæ, Regni Neap. Prorex, Turcarum omniumq; horstium spe sublatâ: restitutâ justitiâ: urbe mœniis, arce foroq; auctâ, munitâ, exornatâ: deniq; toto regno divitiis ac hilari securitate repleto, monumentum virens, in Ecclesia dotata, & a fundamētis erecta Pon. Mand. vix. an. 73. rexit XXI. Obiit 1553. 6. Kal. Febr.

AD

NEAPOLITANA.

71

AD MARIAE DE CONSOLAT.

Fui ut es: eris ut sum.

ANONYMI.

*Hac satis in tumulo. fragilem te noveris esse:
Mors certa est, tempus perbreve, vita nihil.*

RAYMUNDO URSINO

Pacentri Comiti, morum suavitate, candoreq; animi claro & insigni, Faustina Caraffa conjux mœstiss. quod nollet, id volens præstitit. O rerum humanarum inconstans exitus! Vixit annos XLVII. Obiit M. D. LIX.

JOAN. ANTON. CARACCIOLUS

Oppidi Comes, annum agens LX. locum delegit sepulcro ad parentum pedes, quos & vivos & mortuos observandos novit.

IN S. JOHANNE MAJORE.

TOMASII DURI ET JULIRROTAE
conjugum.

*Felices, quibus una fuit mens semper, & una
Quos tulit hora simul, quos lapis unus habet.*

JULIUS FELTRIUS

Eram, anno Christ. salutis M. D. XXVIII. Martii die IV. & XX. fabulam clausi meam.

ANDREAE ALEXII.

*Qua miser imposui lugubria saxa sepulcro,
Mi pater, innumeris accipe pro meritis.
Quod si marmoream licuisset sumere formam,
Te natus tegeret non alio lapide.*

*Incisq; nota legerentur, gratis Alexis
Reddidit ossa patri, sitq; patri tumulus.*

Andree Simonis fil. Alexio Antonio, fratri piissimo, qui nemini unquam injurius, prodesse semper studuit. Vix. ann. LXXV. perpetua cum valetudine.

JOAN. BAPTISTA VILLANUS.

Quam vivus nequivit, mortuus invenit requiem.

E iij

ANONYMI.

Quisquis es, hoc te sepultus rogat, sua ne moveas seu inquietes ossa, ut qui vivus nunquam quievit, saltem quiescat mortuus.

IN VICARIA.

AD INSIGNIA CAROLI V.

Carolo v. Cæsare Augusto invictiss. imperante, Petrus Toledus Marchio Villæ Franchæ, hujus regni Prorex, juris vindex sanctissimus, post fugatos Turcas arcem in Curiam redactam justitiæ dedicavit, consiliaque omnia hoc in loco, cum magno totius regni commodo, constituit, Anno à partu Virgineo M. D. XL.

IN AULA MAGNA AD IMAGINEM JUSTITIÆ
caca, dextrâ gladium, sinistrâ stateram tenentis.

Cum æterni tribunal judicis illum reum non habeat, quem injuste reus condemnat, testante Propheta; nec damnabit illum, cum judicabit ei: caveant Judices, & prudenter attendant, ut in causarum processibus, nil vindicet odium, vel favor usurpet. timor exulet, & præmium aut expectatio præmii justitiam non eyeitat: sed stateram gestent in manibus, lances appendant æquo libramine; ut in omnibus quæ in causis agenda fuerint, præsertim in concipiendis sententiis & ferendis, præ oculis habeant solum Deum, qui sit laudabilis & gloriosus per infinita sæcula sæculorum.

IBIDEM.

Ne quid facias hodie, quod cras te pœniteat.

ITEM.

NATURA DEFICIT, FORTUNA MUTATUR,
DEUS OMNIA CERNIT.

Ad imagines Imperatorum in cistella conditas.

*Olim Cæsaribus quibus ingens non satis orbis
Extitit, hac modica est sub brevitate locus.*

Ab altera parte hoc.

*Eluce in tenebras rapuit quos improba mors, nunc
In lucem è tenebris porrigit, arca viros.*

ALIUD.

NEAPOLITANA.

73

ALIUD.

I. V. D. M.

Crispe, fili lepidissime, heu heu orcus cum te voravit, delictum omne mihi abstulit: baculum, exsuctis medullis edentulae senectutis, secuit: spem nepotum abstraxit secum maximam. in tanta demum orbitate desolata supersum, ut nunc, qui secus sentiunt, manes vetuissent, vivum me tecum contumulassent. Vix, annos XII. Crispus pater infelicissimus, F. & sibi, & suis libertis libertabusque posterisque ipsi.

IN CASTELLO NOVO.

Alfonso regum Princeps hanc condidit arcem.

Alfonso rex Hispanus, Siculus, Italicus, pius, clemens, invictus.

AD ANNUNCIATAE.

Simon Grachila Venusinorum Pontifex Domum hospitalitate sacrosanctam ex asse heredem fecit, cavitque ut si filii fratrum, posterique eorum bonis artibus studuerint, heredes pro semisse sunt. Sin minus, ex eodem semisse quaque eorum foemina maturior nubito: & reliqua stipulatione, omni cura de se mortuo vivos levavit. An. 1563.

AD MARIAE MONTIS VIRGINEI.

Matthaeus de Afflicto, nobilis Neap. ad extremam senectutem integra & animi & corporis valetudine pervenit. Sub v. Neapolitanorum regibus, se fidelem Consiliarium gessit: utriusque Juris peritiss. de Feudis, de Regni constitutionibus copiosissime scripsit. Multa scitiss. Consilia reliquit. Annum agens ferè 80. naturae concessit.

AD S. JOAN. MAJORIS.

Cum speculum cernis, cur non mortalia spernis?

Tali namque domo clauditur omnis homo.

IN ARCHIEPISCOPI.

Oliverius Caraffa, Episcopus Hostiensis S. R. E. Cardinalis, Neap. Divo Januario Martyri Pontificique, Neapolitanorum patrono, sarcophagum hunc dedicavit, sacel-

E V

lumq; marmoribus miro opere construxit ornavitq;, ad-
ditis ei sacerdotibus, qui quotidie DEO sacrificent, qui-
bus dotem perpetui proventus constituit. Jus patronatus
facelli gentilium esse voluit. In primis DEI honorem, &
laudem sanctorum quæsit. Favete animis, & auctori
preces fundite. An. sal. 1551.

Hoc fac, & vires.

IBIDEM.

*Si dolor est, cui carus obit virq; optimus idem
Omnibus, & qui plus millibus unus amet:
Is meus est: mihi dum genitor dulcissimus eheu
Antiqua exemplar simplicitatis obit.
Æternum cineres patris heu manesq; valete.
Linquor ego: vobis parva quies stabilis.*

Franc. Vopisco vita defuncto octogena-
rio. Anno sal. Christianæ M. D.

IN MONTE OLIVETI.

Ut moriens viveret: Vixit ut moriturus.

Jo. Paulus Raynaldi Vaxalli F. ex nobilitate Neapol.
Aversanus antistes, cum Divi Pauli patrimonium tem-
plumq; pie ac sancte auxisset decorassetq;, & monumen-
tum sibi construi jussisset: paterna pietate ductus, sepul-
crum hoc vivens faciendum curavit: & in eo vita functus
condi voluit. An. Christi M. D.

ITEM.

Pyrrhus Pestius V. I. D. & Catharina Scuria conjuges
Augustino F. sibi & posteris posuere. Ann. sal. M. D. xxv.
Hic ut Alfonso Piccolomineo Amalfiæ Duci perpetuo
deditus: moriens procul abesse noluit.

ITEM.

Joannes de Cabaniglis Troiæ Comes, fati acerbitate
luctus perpetuus, quibus merito maxima erat spes. O.
M. CCCC. LXXXIII. B. An. xxx.

TENDIMUS HUC OMNES.

Hospes, quem cernis lapidem, Joanni Riberio eq.
Ispal

Ispaliensi, singulariſſ. viro exempli: ductori ſtrenuo: & caſtrorum præſ. ſolertiſſ. Conſalvus Riberius profuſiſſimis lacrymis, ob conſanguineam charitatem Poſ. B. Ann. I. Quor. xx. Ferdin. Cath. regis auſpiciis, reliquos in Car. Cæſ. obſequiis expendit. A virginis partu M. D. XXX. v. Idus Decemb.

M. S.

Hugoni Pepulo Comiti Bononiensi: Qui cum ad familie dignitatem & splendorem non domesticas tantum virtutes, sed & bellicæ laudis decus adjunxisset: in maximis expeditionibus consilio atque animi magnitudine proximum sibi summis imperiis gradum, & insigne apud cunctas Europæ nationes nomen meruit. florente gloria & ætate sua extincto Philippus Pepulus Comes, fratri D. S. O. M. mœrens P. B. ann. XLIII. m. IV. d. xx. O. Capuæ. v. Kal. Septemb. M. D. XXVIII.

O semper inimica & invida proficiscendi ad summam gloriam virtuti Mors!

Tibi Christe D. O. M. æterni DEI F. de morte devicta triumphanti, & de eadem nobis triumphaturis exemplum relinquenti: M. Ant. Maza tanti beneficii ob memoriam dicavit: M. D. LXVIII.

D. O. M. Ferdinandus Manlius Neap. Camp. architectus. Qui Petri Toleti Neapolitani Proregis auspicio regniis ædibus extruendis: plateis sternendis: cryptæ aperiendæ: viis & pontibus in ampliorem formam restituendis: palustribusque aquis deducendis præfuit. Cujus elaboratum industria, ut tutius viatoribus iter, loci colonis salubriores essent: Timotheo Encycelio Mathemat. pietatis rariss. filio. Qui vixit ann. XIX. m. VI. d. V. sibi, ac suis vivens fecit. A Christo nato M. D. LIII.

ALIBI.

*Improba mors nostris, heu, semper & obvia rebus!
Dum rex magnanimus totum spe concepit orbem.*

*En moritur: saxo tegitur rex inclytus isto:
Liber a sidereum mens ipsa petiit Olympum.*

DIVUS LADISLAUS.

*Miraris niveis pendentia saxa columnis
Hospes, & hunc acri qui sedet altus equo?
Quid si animbs roburq; Ducis, praclarag; nosse
Pectora, & invictas dura per arma manus.
Hic Capitolinis deiecit sedibus hostem,
Bisq; triumphata victor ab urbe redit.
Italiamq; omnem bello concussit & armis:
Intulit Hetrusco signa tremenda mari.
Néve foret Latio tantum diademate felix,
Ante suos vidit Gallica sceptras pedes.
Cumq; rebellantem pressisset pontibus Arnum,
Mors vetuit sextam claudere Olympiadem.
I nunc regna para, fastusq; attolle superbos:
Mors etiam magnos obruit atra DEOS.*

ALIUD.

*Nil mihi, ni titulus summo de culmine deerat,
Regina morbis invalida & senio.
Fœcunda populos proceresq; in pace tuebar:
Pro domina imperio nullius arma timens.
Sed me idem livor, qui te, fortissime Caesar,
Sopitum extinxit nocte jurvante dolos.
Non me, sed totum laceras manus impia regnum,
Parthenopeq; suum perdidit alma decus.
Joanni Caracciolo, Avellini Comiti, Venusii Duci, ac
Regni magno Senescalco & moderatori, Trajanus filius
Malphiæ Dux, parenti de se deque patria optimé merito,
erigendum curavit.*

ANTONIO SEREPANDO

*Sacerdotiis commodioribus honesté functo, cujus fide
atque doctrina in scribendis epistolis Elifus Cardinalis
Arragonius usus fuerat, uni mortalium maximé amico-
rum caussa nato. Qui vixit an. XLV. m. XI. d. XV. Jacobus
fratri opt. F. C. An. sal. M. D. XXXVIII.*

FRAN

NEAPOLITANA.

77

FRANCISCO PUCCIO.

Quód bonarum artium sibi magister fuisset:
Antonius Seripandus ex testamento f. iussit.

JANO PARRHASIO.

Quód sibi socius in re litteraria fuisset:
Antonius Seripandus testamento f. iussit.

ALIUD.

*Virtutum Ausonia, Martis flos, gloria fulmen:
Hoc Ferrandus olet, colitur, tumuloq; resulget.
Livida quem Lachesis telo demersit acerbo:
Is jam nunc calos, aurataq; sidera calcet.*

ALIUD.

Ant. Rota, & Lucretia Brancia: vivi sibi M. H. PP. ut qua
vixere concordia, & mortui quoq; unâ quiescerent; néve
eorum inquietarentur ossa, caverunt ne quis omnino
monumentum sequatur. Bene vivant boni conjuges: be-
ne etiam moriantur. M. CCCC. LXXXVII.

ALIUD.

Ja. Brancatius Arechi F. humi sepulturæ locum dele-
git: cavitq; ut si quis in sublimi condi maluerit, tanquam
exhæres, jure sacelli excidat. M. D. L.

ALIUD.

Ossibus & memoriæ Bernardini Caraffæ, Episcopi &
Comitis Theatini, Patriarchæ Alexandrini, positū: Hie-
ron. Caraffa fratri unanimi, cum lacrymis F. Vixit ann.
xxxiii. Morte judicante, satis eum vixisse diu, cui nihil
ad ullam vel virtutis, vel prudentiæ, litterarumve laudem
addi posset ulterius. Contrá graviter conquerente Fortu-
na, ereptam sibi facultatem ampliff. honoris, quem jam
illi deferendum apparaverat. Fato functus est: á S. Chri-
stianæ M. D. V.

AD S. DOMINICUM.

*Vivit adhuc, quamvis defunctum ostendat imago.
Discat quisq; suum vivere post tumulum.*

EPITAPHIA REGUM ARRAGONIAE.

*Inclytus Alfonsus, qui regibus ortus Hiberis
Hic regnum Ausonia primus adeptus, adest.*

Obiit M. CCCC. LVIII.

*Ferrandus senior, qui condidit aurea secla,
Hic felix Italiam vivit in ore virum.*

Obiit M. CCCC. XCIII.

*Ferrandum mors seva diu fugis arma gerentem,
Mox positis, quanam gloria? fraude necas.*

Obiit M. CCCC. XCVIII.

*Hospes reginam Joannam suspice natam:
Et cole, qua meruit post sua fata coli.*

Obiit M. D. XVIII.

ALIUD.

*Hic Isabella jacet, centum fata sanguine regum,
Qua cum majestas Itala prisca jacet.
Et qua lustrabat radiis regalibus orbem,
Occidit: inq; alio nunc agit orbe diem.*

Obiit M. D. XXIIII.

ALIUD.

*Dormis, an vigilas, Antoni? sector utrumq;
Ossa quidem primum; virtutis fama secundum.
Sanguine quo cretus? genitor quis? quidq; moraris?
Stirpis Arragonis; Ferrandus; judicis horam.*

ALIUD.

*Auspice me Latias Alphonsus venit in oras
Rex pius: ut pacem redderet Antonia.
Natorum hoc pietas struxit mihi grata sepulcrum,
Caraffa dedit hac munera militia.*

IBIDEM CHEIRONIPTRI
Epigramma.

*Ne te multa Ceres maculet, blandusve Bimater,
Qui petis hinc laticem, prae monuisse velim.*

JO. FRANCISCO ROTAE

Equiti pulcherrimè interemto: Quòd ad Sebethum flumen, pro patria armis sumptis, medios inter hostes viam sibi virtute, moriens aperuisset. Fratris in egregii memoriam pos. publicis elato lacrymis. M. D. XXVII.

A L I U D.

Portia Capicia, viva gaudium, mortua mariti gemitus, heic sita est. Bernardinus Rota, perpetuò mœrens, perpetuò lacrymans. Proh dolor, quàm fuit cariss.

A L I U D.

Placito Sangrio Equiti opt. ob fidem in graviss. rebus domi militiæq; probatam Alfonso & Ferdinando Neapolitan. regg. inter primos maximè accepto, Bernardinus F. officii & debitæ pietat. nō immemor P. Obiit M. CCCC. LXXX.

A L I U D.

*Pro pueris (ideo nostrum non pegma quiescit.)
E Lacrymis pietas sustulit ossa patris.*

P H O E N I X.

Ut se refeminet ales.
Hic labor extremus.

Joan. Bapt. ex patricia Ducum fam. non minus apud reges Arragon. amore, gloria, quàm fidei præstantia clariss. Antonia Tomacella mutuæ charitatis causâ unicum tot lacrymarum solatium, viro opt. monumētum ex suo P. cavitq; ne præter se quisquam inferatur. ut cui puellula nupserat, & quicum sine jurgio semper vixerat; post facta quoque perpetuò copuletur. Interceptus mortalitate ann. agens LXII. m. IX. dies XIV. v. Kal. Octob. á Virgineo partu M. D. XIX.

A L I U D.

Par vitæ religiosus exitus. Francisco Caraffæ, Equiti Neapol. insigni, Christ. religionis observantiss. qui summa omnium mortalium benevolentia ac veneratione

ætatis an. agens 84. obiit, de senio nunquam questus. Oliverius Caraffa Neap. parenti optimo pos.

A L I U D.

Siste hic conjux dulciss. ut nos vel humus nequaquam separet, sed una tandem nos tegat urna. Joannellæ Maramaldæ conjugi opt. Cum qua vixit ann. XXI. m. VII. & d. IX. Nihil de ea nisi mortem doliturus Joan. Antonius Muscettola, indefesso mœrore P.

A L I U D.

Jo. Antonio Muscettolæ patricio Neap. domi forisq; clariss. Carolo v. Cæsari à consiliis interioribus. cujus præter omnium disciplinarum cognomētum, eloquentiam, & in negotiis dexteritatem æquare nemo potuit. Qui ter ad Clementem VII. P.M. magnis de rebus legatione pro Cæs. obita: ne debitos jamq; oblatos virtutibus suis honores adiret, mors importuna obstitit. Moritur an. M. D. XXXII. Camillus frater B.M.F. vixit ann. XLVII.

A L I U D.

D. S. S.

*Onustus a vo Janus hic Anisius
Quærens melius iter, reliquit sarcinam:
Qua pręgravato nulla concessa est quies.
Tum si qua fulsit; cum Camœnis hæc stetit,
Qua mox facessivere plus negotii.*

H. M. H. N. S.

Hoc de suo sumpsit. Sacrum est. Ne tangito.

A L I U D.

B.D.S.S. Petro & Dionysio Pandolfinis: qui primo ætatis flore Trojæ in Daunis fati acerbitate rapti sunt. Ferdinandus Episcopus Trojanus, solus tantæ fam. superstes ut cum Pandolfo avo paterno suo, eodem in tumulo conquiescerent, Frater fratribus dulciss. cum mœrore & lacrymis posuit. An. M. D. XXXIV.

A L I U D.

ALIUD.

Loyfia de Penna, Raphaëlis F. Santii Vitaliani uxor, multarum fam. avia, proavia. Ne id negotii posteris relinqueret, vivens curavit. Vixit ann. huc usq; LXXX. An. sal. M. D. XXXVI. XXIX. Septemb.

ALIUD.

Petrus de Iccis Hispanus, genere insignis, Equitum signifer. Qui quinq; lustris in bellis Italicis, pro Carolo v. Imperatore strenue & summa cū fide militavit: & ob suam virtutem Borbonum oppidum in præmii partem accepit. dum quieram vitā vivere putarat; DEI jussu ad cælum, ubi vera captatur quies, ascendit. d. VI. Febr. M. D. XXXV. ætatis suæ annorum XXXIX. mens. IIX. d. XI.

ALIUD.

Herrico Pandono Borianensium Duci, Venafriq; Dn. & Catharinæ Aquævivæ, conjugibus concordiss. Hippolyta Ferdinandi Regis Arragonei neptis, filio, nuruiq; infeliciss. contra votum superstes infelicio, æterno mœrore posuit. An. a partu Virginis M. D. XXXI.

AD S. ANELLUM.

Cujus corpus hac sub ara conditū, piē venerantur Neap. Anno DLXXVI. 18. Kal. Jan. regnante Mauritio Tiberio Aug. & beato Gregorio Romanæ sedis Pont. Max. nec non Fortunato Episcopo Neap. beatus Anellus ad cælestia regna migravit.

IBIDEM.

Quæ miser imposui lugubria saxa sepulcro,

Mi pater innumeris accipe pro meritis.

Quod si marmoream licuisset fundere formam;

Tenatus tegetet non alio lapide:

Incisq; nota legerentur; Gratus Alexis

Reddidit ossa patri, sitq; patri tumulus.

Andræ Simonis F. Alexio, Antonius patri piiss. Qui nemini unquam injurius, prodesse semper studuit. Vixit ann. 75. perpetua cum valetudine.

ALIUD.

Julius Feltrius eram. An. Christ. sal. 1528. Martii die quarto & vigesimo: Fabulam clusi meam.

ALIUD.

Camillus Toccus Neap. ex nobili Toccorum fam. vivens mortis memor, suos poster. q. suorum cineres diem Domini heic expectare curavit. An. sal. M. D. LIII.

ALIUD.

Clementi Gattulæ Physico insigni, ac protomedico, cunctis regg. Arragoneis, Alexandro VI. Pontif. Max. Galeatioq; Duci Mediolani ob amorem singularisq; doctrinæ elegantiam acceptiss. Anellus frater & hæres. Vixit 70. ann. sine uxoris molestia.

ALIUD.

Nicol. Franciscus Cecinus Parthenopæus J. C. quàm sit labilis vita memor: ne in mortuum etiam vis fati sæviret: vivens heic suos cineres, quoad surrexerit, deponi curavit: cùm inconsulti sit, superstiti sepulturæ curam reponere.

ALIUD.

Fides, probitas, pudor, hiis cineribus perpetuó comites, communem heic æternitatem expectant. Bartholemæo Paccio, Nicolao Medici, & Beatrici ejus F. civibus Neapol. ex vetustiss. Florentiæ familiis: Nicol. Anellus Paccius, Art. & Med. Doctor, patri, avo, & matri ob debitam pietatem, sibi ac posteris P. An. á DEO homine M. D. LX.

ALIUD.

Nicolao Gondino Florentino, eximiæ virtutis & probitatis juveni, cujus immaturam mortem nemo bonus non doluit: Julianus octogenarius pater, opt. F. lacrymans P. Obiit Ann. sal. 1499. Septemb. 13. Vixit ann. 25. m. 7. d. 25.

ALIUD.

Bartholemæus Solarius: duplicem sortitus patriam, alteram

teram naturæ Genuam: alteram juris Neapolim: mortalitatis memor, hoc sibi ac suis vivens monim. exstruxit. An. fal. 1553.

A L I U D.

Siste hospes: quàm incertæ hominum sedes? Florentia ortum dedit: Parthenopæ extinctum fovet. Mercaturam exercui. Hei mihi, non opes, non pietas fatum placaver. Constantia amantissima conjuge, & Ferdinando nato unico impub. superstibus. Obiit an. fal. 1490. Francisco Naccio Florent. mercatori Ferdinandus F. patri pientiss. Vix. an. 52. m. 4. d. 6.

A L I U D.

Nil meum. quod debui reddidi. D. O. M. sacrum. Colutius Coppula patricius Neap. Juris Civilis ac Pontificii in juvena donatus insignibus: cujus patrocinium omnis sexus, omnis ordo in causis optavit: Hoc sibi suisq; posteris vivus sepulcri memor P. An. fal. 1521.

UT VIVAS VIGILA: HIC EXITUS OMNES.

LONGARUM HÆC META VIARUM.

Vito Pisanello, ex antiqua orto familia: utpote cui Pisæ in Achaja, unde ea est, cognomen indidere. Federici regis, à secretis intimo: atque à latere Consiliario: & miseris temporibus laborum, itinerum, periculorumq; socio. Dein Ferdinando regi Catholico, ob raram adversis in rebus fidem, Gallis regnum invadentibus, acceptiss. Qui post receptam Neapolim, an. agens 73. in ejus gremio mortalitatem explevit. Andr. Franciscus, & Mutius Neapp. avo opt. ac benè merenti testimonium amoris & pietatis exsolverunt. Funeratus Idib. Dec. 1528.

A L I U D.

Jac. Roscio Pistoriensi, Palatinis honoribus, & equestri dignitate functo, secundaq; fortuna semper uso: Jo. Roscius patri sanctiss. & Lucretia Gambacurta socero indulgentiss. P. P. & sibi posterisq; suis.

F ij

A L I U D.

D.O.M.S. Galeatius Bricii F. Justinianus, præf. clariss. Baptistæ fratri pientiss. ac b. m. sibiq; vivens P. ut ita mortis simul soporem dormiant: sicut vitæ concorditer excubias vigilarunt. Et ne viator aberres; se duplici jactant patria. Dulcis Genua genuit, pulchra Parthenope tenet. Carolo v. Imp. H.M.H.N.S.

A L I U D.

Bernardina Franca, mihi, & meis feci. Certa domus: secura quies: nil quærimus ultra. 1556.

A L I U D.

Ifotta Bautia, Pyrrho Bautio Altimuri Principe, atque Maria Ursina, parentibus inclitis genita: Petri Gevaræ, magni regni hujus Seneschalci uxor, prisca matronarum virtute ornatiss. mortale sui dimidium Sacello in hoc avito deponendum vivens cur. Cælestem ad patriam spe summa & fide dutibus migratura. Quid non ævi longinqua vetustas, fortuna obsequente, mutat? Principatus ad alienos fors transtulit: Domina titulos servavit inanes: at foemina Princeps, licet tot claris orbata & titulis & fortunis; bona tamen animi sanctissima secum retinuit. Vix. ann. 70. Anno Theogoniæ 1530.

IN HORTIS PALATIO PRO-
regis proximis.

Bernardinus Rota Musis hortos dedic. Ratus eas hilari hujusce cæli positione allicere; atque ita fortassis amicas fore. 1555.

IN HORTIS ANTIQUI PALATII.

Alfonsus Ferd. regis F. Arragonius, Dux Calabriae, Genio domum hanc, cum fonte & balneo, dicavit: hippodromum constituit: gestationes hortis adjecit: quas myrtis citriorumq; nemoribus exornatas, Saluti Sospitæ, atq; voluptati perpet. consecr.

LAPIDIS CESSIONIS BONO-
rum inscriptio.

Don. Petrus de Toletto, Marchio Villæ Franchæ, Cæs. & Cath.

Cath. M. in præfenti regno Vicerex, Locum-tenens, generalis Capitaneus, Princeps justiff. Excellenti milite, V. I. D. Ferdinando Figuerosa, Patritio Hispano Regente, magnam curiam Vicariæ curante, ad illorū morem abolendum, qui clam, nemine spectante, bonis cedebant, hunc locum erigendum mandavit: ut qui eo posthac beneficio uti volent, sæpius hæc iterato spectaculo, id commodum magno cum opprobrio compensent. Anno Domini 1553.

MULIER MARMOREA.

*Quid me miraris duro de marmore factam?
Respice te potius, vermibus esca manes.*

A L I B I.

Martia Capece pudoris ac venustatis rariff. decus, hîc requiescit. Quæ scalarum lapsu, heu, capite defesso, luctantem diu animam tandem exspiravit. Quis lacrymas, quis ejulatus comprimat? legens puellam formosiff. tam dirè, tam infaustè mortè obiisse. Vincentius Capece maritus, qui cum nondum annum exegit, saxum hoc doloris testimonium pos. Vixit an. XIX. m. III. d. X. M. D. XLVI.

PETRO BRANCATIO FUSI F.

Hic bello Ferrariensi, suscepta adversum Venetos expeditione, Alfonso, Ducem Calabriae, cujus contubernalis erat, secutus, agro Brixienti toto ferme capto; dum arx Montis clari oppugnatur; colubrina ictus interiit. Corpus Neapolim fratris operâ relatum, & hîc situm est. Marinus Brancatius, qui eo in bello cum primis præfuit, fratri obtemperantissimo suaq; familia & patria dignis moribus prædito, ac benè merenti, faciundum cur. An. M. CCCC. LXXXII.

A L I U D.

Petrus Summontius bon. litterarum cultor observantiff. qui vix. ann. 63. m. 4. d. 4. h. 3. sibi & Reinaldo patri dulciff. posterisq; suis omnibus, de suo ponendum cur.

AD S. PAULI MAJORIS.

Piiff. ac venerabili Dn. nostræ Helenæ Augustæ, matri

Dn. nostri victoris semper Aug. Constantini, & aviæ Dnn.
nostror. beatiss. Cæs. ordo, & pop. Neapolitanus.

A L I U D.

*Nate patris matrisq; amor, & suprema voluptas,
En tibi, qua nobis te dare fors vetuit,
Busta damus, tristesq; notas, hinc invida quando
Mors immaturo funere terapuit.*

Andreas F. dulciss. qui vixit ann. 6. m. 2. d. 20. Robertus
Bonifacius, & Lucretia Cicara parentes: ob raram in-
dolem.

A L I U D.

*Liquisti gemitum misera lacrymasq; parenti,
Pro quibus infelix hunc tibi dat tumulum.*

Jo. Baptistæ Cicaro: in quo vetusta & nobilis Cicaror-
um familia esse desiit: Marcella mater infelicissima me-
moræ causa, contra votum pietatis P. Vixit ann. 22. m. 9.
d. 29. Decessit sal. an. 1504. pr. Cal. Decembris.

D. O. M.

Scipionis Antonii F. summo Imp. Caroli v. á latere
Consiliario, in administranda justitia, in regendis provin-
ciis, in rebus bellicis expediendis integritate, prudentia,
fideq; claro B. ann. * m. 3. ☉. á partu Virg. 1552. 17. Kl. No-
vemb. Hippolyta Monfortia marito optimo.

A L I U D.

Jo. Baptista Solanus Valentinus, vir tam Mathemati-
cis, quam Philosophia apprimé eruditus, dum ophthal-
miam ex assiduis studiis contractam curare studet; reme-
dium quærens in mortem incurrit. an. ætat. suæ xxx.
Obiit an. Domini 45. v. Kl. April. h. 3. M. H. M. F. C.

Alvarus Quadra Episcopus Venusinus.

A L I U D.

*Ætas, forma, genus, nos heic cum corpore liquit,
In terris, & opes, corporis exuvias.*

*Asi animam, comites qua semper in orbe fuerunt,
Lucida virtutum duxit ad astra chorus.
Tres nati conjux ex me tibi care supersunt,
Immatura duos mors tulit: ipsa sequor.*

A L I U D.

Francisco cognomento de Colle, Equiti augustali, Hieronymus pater, regens Cancellariam, & circa latus regius Consil. dolens contra votum P. regnante invictiss. Car. v. Rom. Imp. semper Aug. An. sal. 1537. Fui ut es; eris ut sum.

A L I U D.

Ecce superbientis naturæ, qualis sit mox futurus casus, Quisquis me nunc calcas vivus; cogita, si sapis, idem te mox futurum.

P O N T I S M A G D A L E N A E
supra Sebethum.

Sive hospes, sive inquilinus viator es, bene ad sis, quem vides pontem collata provincialium populor. pecunia, publicæ commoditati restituit, Bernardino Mendotio, Principe optimo, auspice: dum regno Philippi Austrii, regis nostri inclyti, nomine, summa omnium benevolentia præfuit. Transi felix, & utere. 1555.

I N H O R T O S E C R E T O P R O -
regis in columna.

Petrus Toletus Hispanus, Marchio Villæ Franchæ, Neapoli Prorex, novam cum hippodromo porticum novæ arci primis regendi auspiciis addendam curavit, Caroli v. Imp. & futuror. regum proregumq; commoditati: urbis decori: documento demum magni animi, & in nitidiorum formam splendoremq; suum cuncta reditura pollicentis. Ann. 1533.

P O R T A E P A L A T I I M A R C H.
de Vico.

Nicol. Antonius Caracciolus Vici Marchio, & Cæsaris à latere Consiliarius, has Genio ædeis, Gratiis hortos,

Nymphis fontes, nemora Faunis, & totius loci venustatem Sebetho & Sirenibus dedicavit, ad vitæ oblectamentum atq; secessum, & perpetuam amicorum jucunditatem. An. 1543.

IN CASTELLO EREMIANO.

*Ecce triumphator vincens verbo omnia Christus,
Sic agit hostiles ad tristia tartara turbas.*

IN MAXIMO TORMENTO MURALI, QUOD olim Ducis Saxonia fuit, & jam Neapoli in eodem Castello Eremiano conspicitur, hac Germanica legitur inscriptio:

All andre Herschaft ist von Gott/
Zu hülff dem menschen in der not/
Dhn Satan vnd sein Bapstlich rot/
Sind herrn zu stiften sünd vnd tod.
Der Bapst heist recht der wilde Man/
Der durch sein falsches schalckes ban
All vnglück hat gerichtet an/
Das Gott vnd mensch nicht leiden kan.

PALATII CUJUSDAM SUBURBANI.

Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.

IN AEDIBUS ADRIANI SPEDAFARRÆ.

Æternæ memoriæ facti. Glaphyra Cl. Lusci F. adfecta adeo cineribus Cl. Fausti mariti heu rariss. ut ad alium transire nunquam voluerim: etsi fortuna præpotens, constantiæ semper inimica, surdo discrimine pudicitæ placidam ruinam minabatur; & viridis ætas fidem conjugii violare impellebat: iater utrasq; tamen fluctuans mulier mensibus 7. d. 3. non tam corpus cælebs, quàm animum pudicum servavi. Et ne á tantorum domestica hostium pugna continuo augefcente vincerer, procorum petulantem turbam fugiens, vivam me condidi monumento. At posteri, si invidetis, imitamini: si quis veró probaverit; probetur. Sin improbaverit; improbum se esse sciverit. Vale mors. Salve vita perpet. Vixi ann. xvi.

ARCIS.

ARCIS.

Imp. Car. v. invictiss. Cæsar. Aug. jussu, Petrus Tolentanus Villæ Francæ Marchio, regni Neap. Prorex justiss. cujus auspiciis placida pace quiescitur, Pyrrhi Aloysii scribæ cura, arcem hanc á fundamentis inchoatam, Jo. Jacobi Achajii solertia & arbitrio perficiendam mandavit. 1542.

ALIUD.

Fabium & Decium F. F. opt. summæque spei adulescentis en infelix sepelio Ascanius Sanctinus pater: quibus utinam commori potuissem: quando præmori non potui. Heu mihi: Non semel hæc misero, ob filiorum præcox ingenium, animus præfagivit mala.

ALIUD.

O beatam conjugem, cui caros liberos in cælis visere, in terris amplecti licet! Jam quod optasti habes. Æternum frueri. Beatrici Cavaleriæ conjugii rariss. Ascanius Sanctinus perpetuo mœrens P.

IN BIBLIOTHECA MONTIS OLIVETI.

Piis ad DEI cultum studiis, ne vel hora frustra teratur.

IN EPISCOPIO.

Alfonso Caraffæ S. R. E. Card. Archiep. Neapolitano, adolescenti non minus sua virtute, quam splendore majorum claro: patru Pauli I v. P. M. religionem & integritatem referenti, ea sapientia prædito, ut in secundis rebus summam ejus temperantiam, miram in adversis constantiam omnes laudaverint. Pius v. P. M. P. B. an. 25. d. xv. ☉. An. sal. 1565. 4. Kl. Sept.

Blasius Marficanus virtutem in infirmitate perficiens; vitam lubens cum morte commutavit: corpus hæc quiescere tandem voluit: donec illud incorruptibile, & non amplius infirmum induerit.

JOANNIS ALEFELDII EQUITIS CIMBRI
anno 1581. extincti.

Defunctus loquitur.

*Est hujus vita cursus labyrinthus, in ipsum
Ex utero intra vi, morte vorante, abi.
Erravi hic, quantum DEUS & mea fata volebant,
Lustra q̄, transmissi quinq̄, dies q̄, decem.
Nobilibus tribui studiis hæc tempora vita,
Ut sic nobilior nobilis ipse forem.
Nunc jaceo, patria longè tumulatus ab oris,
Judicis expectans acta suprema DEI,
Cimbrica me genuit tellus arctoa, sub austro
Parthenope rapuit, Parthenope q̄, tenet.
Fratri cariss. Baltazar de Alefelt C. L. P.*



V E N E T I A E.

IN VENETIAS J. CÆS.
SCALIGER.

*P*ER OIA barbaricis tellus OENOTRIA turmis
Pertulit impositi pondera dira jugi.
Ipsa suos flevit populares ROMA Quirites:
Sensit & indomita noxia tela manus.
Haud tulit hoc GENIUS: cujus fatalibus ausis
Tutior in medio ROMA renata mari est.
CLARA virum virtus animo: insatiata cupido
Imperii: vasta non numerantur opes.
Iuppiter, haud temere tua sunt ita dis sita calo
Mœnia. si possunt tangere, parte cares.

I N E A S D E M

SANNAZARIUS.

*Viderat Adriacis Venetam Neptunus in oris
Stare urbem, & toto ponere jura mari:
Non mihi Tarpejas, quantumvis Iuppiter, arces
Objice, & illa tui mœnia Martis, ait.*

*Si pelago Tybrin præfers; urbem aspice utramq;
Illam homines, dices, hanc possuisse deos.*

INSCRIPTIONES VENETÆ.

AD MONIMENTUM SEPULCHRI SERVATORIS,
quod simile perhibent Hierosolymitano.

*Hoc mirum spectetur opus compagibus auctum,
Rupibus artificii saxa revulsa manu.
Gens Mausoleum sileat vesana sepulcrum,
Quod fuit & Domini Martia Roma tui.
Illa duo congesta viris monumenta fuere;
Hoc Christo tanta mole paratur opus.
Quanto homini superum præstat rex summus & auctor,
Tanto hoc est aliis clarius & melius.*

IN CRYPTA EJUSDEM.

*Qui jacet hic? rerum Dominus, cur mersus acerbo
Funere? quò lectis gentibus astra daret.*

ARMAMENTARII VENETI.

Felix civitas, quæ tempore pacis de bello cogitas.

IN VESTIBULO TEMPLI D. MARCI, VITALIS
Falerii Ducis Veneti xxxi. Epitaphium.

*Moribus insignis, titulis celeberrime dignis
Cultor honestatis, dux omnimoda probitatis,
In commune bonus, bona semper ad omnia pronus,
Publica conservans, meliora bonis coacervans,
Dum veterum gesta renovans, plus reddis honesta,
Cunctaq; jucundè faciens das semper abundè,
Ut fieret plenus quicumq; veniret egenus,
Plus quoq; longinquos refovens, quam carne propinquos,
Vita fuit cujus patria tremor hostibus hujus,
Reddens tranquillos, hos lingua, viribus illos,
Cujus erat scire populos pro pace subire,
In quocunq; fores expendia sive labores
Decretis legum muniens : : : : regum,
Ut fieres horum Rex, & corrector eorum,
Fama super cedros cujus dedit ire Faledros,
Christi natalis peragis dum festa Vitalis,
Duceris ad funus, factus dolor omnibus unus.*

IN DIVI MARCI AEDIS VESTIBULO BAR-
thol. Gradenici Ducis LII.

*Moribus insignis, recti basis, indole clarus,
Clarius & meritis, patrii servator honoris,
Clauditur hoc tumulo, Gradenigus Bartholomaeus,
Dux fuit is Venetum, quarto defunctus in anno.*

IN VESTIBULO DIVI GEORGII.

*Terror Graecorum jacet hic, & laus Venetorum,
Dominicus Michaël, quem tenet Hemanuel.
Dux probus & fortis, quem totus adhuc colit orbis,
Prudens consilio, summus & ingenio.
Istius acta viri declarat captio Tyri,
Interitus Syria mœror & Hungaria.
Qui fecit Venetos in pace manere quietos.
Donec enim vivit, patria tuta fuit.
Quisquis ad hoc pulcrum venies spectare sepulcrum,
Cernuus ante Deum flectere propter eum.*

Anno Domini M. C. XXVIII. Indictione VII.
obiit Dominicus Michaël Dux Venetiæ.

Ibidem

SEBASTIANI ZIANI DUCIS VENETI
XXXVIII.

*Hic dux egregius, sapiens, dives, cinere scit,
Vivit cum Christo, mundo sua fama nitescit,
Sebastianus vocitatus in orbe Zianus,
Cum Papa, Princeps, Clerus, plebs hunc recolebant.
Justus, purus, castus, mitis, cuiq; placebat,
Consilio pollens, bona plantans, & mala tollens,
Robur amicorum, patria lux, spes miserorum,
Et flos cunctorum, Dux ejectus Venetorum,
Binos conjunxit gladios, & more refulsit,
Eloquium, sensus, bonitas, clementia census
Isti parebant, nulla virtute carebat.*

Obiit anno Domini M. C. LXXVIII.
mense Aprili.

IN

VENETA.

93

IN GEMELLORUM ÆDE.

LAURENTII TEPU LI DUCIS XLV.

Quos natura pares studiis, virtutibus, arte,
Edidit illustres, genitor natusq; sepulti
Hac sub rupe Duces Venetum, clarissima proles
Teupula, collatis dedit hos celebranda triumphis.
Omnia presentis donavit pradia templi.
Dux Jacobus valido fixit moderamine leges
Orbis, & ingratum redimens certamine Iadram,
Dalmatiosq; dedit patria post Marte subactos.
Grazorum pelago macularvit sanguine classes,
Suscipit oblatos Princeps Laurentius Istros,
Et domuit rigidos ingenti strage cadentes
Bononia populos, huic subdita Servia cessit.
Fundavere vias pacis, fortiq; relicta
Re, superos sacris petierunt mentibus ambo.

Dominus Jacobus obiit M. CC. LI.

D. Laurentius obiit M. CC. LXXVIII.

Ibidem.

JO. DANDULI DUCIS XLVII.

Dandalei generis magna virtute Joannem
Hac brevis illustrem continet urna Ducem:
Claruit in magnis ejus sapientia rebus,
Quem monstraverunt ardua facta probum.
Consilio pollens, sensu maturus, acutus,
Ingenio prudens, eloquioq; potens.
Pra cunctis patriam summo dilexit amore,
Illius ad regimen providus atq; vigil.
Anni dum Christi currebant mille ducenti,
Octoginta novem, spiritus astra petit,
Qui defunctorum fruitur suffragio luce
Decedens mundo consociatur eis.

Ibidem

MICHAELIS MAUROCENI DUCIS LX.

Incluta vitalis Michaël, quem duxit in auras
Maurocena domus Venetum Dux, civibus ingens
Spes erat, alta parans, interceptis ardua fatum

*Cœpta Ducis, virtute potens, fuit ensis acutus
Justitia, heu moriens patria per secula luctus,
Qua cinis est jacet hic, mens gaudet, fama coruscat.*

M. C C C. LXXXII. die XVI. Octob. fuit sepultus, ducavit mens. I V. d. V.

Ibidem

ANTONII VENERII DUCIS LXI.

*Quisquis ad insignem tumulum tua lumina flectis,
Ingentem, cujus cineres hac marmora servant,
Contemplare Ducem, Princeps hic ille per omnem
Venerius fama volitans Antonius orbem,
Qui tribus hanc urbem lustris, totidemq; per annos
Rexerat, æternis muniens ea tempora factis.
Travissina sua castella & mœnia matri
Reddita, Dyrrhachium Corcyraq; & oppida forti
Plurima parta manu, pœnas sibi sumpsit ab illo
Quem genuit, nomen metuit dum perdere justis.
Ipsius ut clarum micuit clementia sydus,
Reddidit Ungarica Regina sceptrum suorum
Rapta dolis, ne triste jugum Furlane subires,
Obstitit: Italicam pacavit multa per oram
Turbida: post terris abiens sese intulit astris,
Mille quadringentis Christi cedentibus annis,
Instat atra dies vigesima trina Novembris.*

Ibidem

PASCALIS MARIPETRI DUC. LXV.

Paschalis Maripetrus P. maximis Reip. Senatoribus bonitate & eloquentia semper par, religionis ac rerum usu nulli secundus, & cum iis laudibus in civitate excelleret, in locum Francisci Foscaris, adhuc viventis, a patribus susceptus, quod antea domi debilitatum erat, sua autoritate in pristinum statum divinitus restituit. Vixit in Princip. annos IIII. menses VI. dies VI. Obiit M. CD. LXI.

Ibidem

PETRI MOCENICI DUCIS LXIX.

Ex hostium manubiis.

Petro Mocenigo, Leonhardi F. omnibus non minus optimi

optimi quàm eloquentissimi Senatoris muneribus domi forisq; functo, maris Imperatori: qui Asiã á faucibus Hellesponti usq; in Syriam ferro igniq; vastatã, Caramannis regibus, Venetorum sociis, ab Othomanno oppressis, regno restituto, piratis undiq; sublati, Cypro á conjuratis non minori celeritate quàm prudentia recepta, Scodra ductu & auspiciis suis obsidione liberata; cum Rempub. feliciter gessisset; absens D. Marci procurator, inde Dux, grato patrum consensu, creatus est. Joannes tertius ab hoc Dux, & Nicolaus Mocenigi fratres pientissimi B. M. D.

Vixit annos LXX. mens. I. dies XX. Obiit non sine summo populi gemitu, Ducatus sui anno primo, mense secundo, die decimaquinta. Anno salutis M. CCCC. LXXVI.

Ibidem

JOAN. MOCENICI DUCIS LXXI.

Dux Joannes Mocenigus, Thomæ patrui, & Petri fratris Ducum secutus vestigia, bellum Ferrariense invitus gessit, & Rodigii peninsulam adjecit Imperio, pacem coluit, Remp. Venetam administravit justitia, probitate & prudentia, Dux opt. & amantiss. Reip. habitus est.

L. F. P.

Obiit Anno M. CD. LXXXV. Vixit annos LXXVI. Dux annos VII. menses VI.

Ibidem

THOMAE MOCENICI DUCIS LXIII.

*Hac brevis illustri Moceniga ab origine Thomam
Magnanimum tenet urna Ducem, gravis iste, modestus,
Justitia princepsq; fuit, decus ipse Senatus
Æternos Venetum titulos super astra locavit.
Hic Teucrum tumidam delevit in aquore classem,
Oppida Tarvisi, Cenetæ, Feltriq; redemit,
Ungaricam domuit rabiem, patriamq; subegit,
Inde Forijulli, Catarum, Spalatumq; Tragunam,
Æquora piratis patefecit clausa peremptis,
Digna polum subiit patriis mens fessa triumphis.*

I B I D E M.

Nicolao Ursino, Nolæ Petilianiq; Principi longé clarissimo, Senensium, Florentini populi, Sixti, Innocentii, Alexandri Pontif. Max. Ferdinandi Alphonsiq; junioris Reg. Neapolit. Imperat. felicissimo, Venetæ demum Reipublicæ per xv. annos magnis clarissimisq; rebus gestis, novissimé á gravissima omnium obsidione Patavio conservato, virtutis ac fidei singularis, Senatus V. M. H. P. P. Obiit ætatis L XVIII. M. D. IX.

I N E O D E M F A N O.

Imperator, Ductor, eques, milesq;: Dionysii Naldi conduntur hîc ossa. Hîc juniorem Ferdinandum, regno á Gallis pulsum, restituit: Florent. repub. peditatui præf. pec. ornavit. Venetis dignitatem Imperii sustinuit, fide ac fortitudine incomparabili, inter alios Duces peditum præfectus, Patavium servavit. Moriens ex nimis vigiliis, hoc virtutis suæ perpetuum monumentum, clarissimo Lauredano Principe, ex amplissimi Senatus autoritate meruit. Obiit æt. anno XLV. Anno M. D. X.

I B I D E M.

Leonhardum Pratum, militem fortissimum, & ex provocatione semper victorem, præfectum Ferdinandi junioris & Federici Regum Neapolitanorum, ob virtutem terrestribus navalibusq; præliis felicissimum, magnis clarissimisq; rebus pro Veneta Repub. gestis, pugnantem ab hoste cæsum, Leonhardus Lauredanus Princeps, & amplissimus ordo Senatorius, prudentiæ & fortitudinis ergó statua hac equestri donandum censuit.

I N M O N A S T E R I O F R A T R U M
B. Francisci.

F R A N C I S C I D A N D U L I D U C I S L I.

*Laudibus innumeris meritisq; parentibus iste
Franciscus virtute nitens clarissima proles,
Dandula quem genuit, patria venerabilis hujus
Dux fuit illustris, qui libertatis amator*

Edomuis

Edomuit fastus tumidos, & vincla resolvit,
 Marchia, qua dudum nimium quoque pressa jacebat,
 Tervisina quidem vicinaque castra salinis
 Attentata ruit, clarus dum rexit habenas,
 Quaque decus terraque mari successibus auxit.
 Hic Venetum patriam hosti magis esse timendam
 Fecit: at undeno solis præsignis in anno
 Decessit felix, domini tunc mille trecentos
 Ter denosque novem Phœbus devolverat annos,
 Luxque Novembris erat cunctis celeberrima Divis.

Ibidem

MICHAELIS STENI DUCIS LXII.

Hic jacet armipotens Paulus de stirpe Sabellus,
 Incolumi quo Roma parens gauderet alumno,
 Hac sibi ad extremum statuebat semina prisca
 Perdita virtutis, non hic Scipionibus impar,
 Non Fabiis virtute fuit belloque domique.
 Magnus erat vir Marte ferox, prudensque togatis
 Consiliis: hic Appulia victricia campis
 Agmina direxit Caroli sub nomine regis.
 Et cum Dux Ligurum Galeatz, justissimus heros,
 Crescit in Italia, multa cum laude sub illo
 Hic tulit arma, acies stravit, terrasque subegit.
 Postquam cum Veneti virtus animosa Senatus
 Carrigeram delere domum cupit; obsidet urbem
 Euganeam belli ductor, castrisque locatis
 Ad Bassanellum, cum jam propè victor haberet
 In manibus Patavum, melioris adaucta triumphis
 Gaudia, peste suum est corpus rapiente vocatus,
 Phœbus adorato Christi dum volvit ab ortu
 Lustra ducenta unum & centum quater aureus annos,
 Tertiaque Octobris lux infaustissima fulget.

Ibidem

FRANC. FOSCARI DUC. LXIV.

Accipite cives Francisci Foscari vestri Ducis imaginem: Ingenio, memoria, eloquentia, adhuc justitia, fortitudine animi, si nihil amplius, certè summorum princi-

G

pum gloriam æmulari cõtendi: Pietati erga patriam inæ-
 fatisfeci nunquam: Maxima bella pro vestra salute & di-
 gnitate, terra mariq̃ue, per annos plus quàm triginta gef-
 si; summa felicitate cõfeci: labantem suffulsi Italiae liber-
 tatem: turbatores quietis compescui: Brixiam, Bergomũ,
 Ravennã, Cremonam, imperio adjunxi vestro: omnibus
 ornamentis patriam auxi: pace vobis parta, Italia in tran-
 quillum sc̃edere redacta, post tot labores exhaustos, ætatis
 anno 84, Ducatus quarto supra tricesimum, salutisq̃; M.
 CCCC. LVII. Kal. Novemb. ad æternam requiem com-
 migravi. Vos iustitiam & concordiam, quó sempiternum
 hoc sit imperium, conservate.

Ibidem:

NICOL. THRONI DUCIS LXXVII.

Nicolaus Thronus, optimus civis, optimus Senator,
 optimus Aristocratiae Princeps fuit. Quo felicissimo Du-
 ce florentissima Venetorum Resp. Cyprum Imperio ascen-
 dit, cum Rege Parthorum contra Turchum socia arma
 conjunxit, fraudatam pecuniã viva illius effigie resigna-
 vit. cujus innocentissimis manibus hanc meritam divini
 operis molem Philippus filius perenni æternitate posuit.

Ibidem:

M. ANTONII TRIVISANI DUCIS
 LXXIX.

Offa Marci Antonii Trivisani Principis. Vixit annos
 LXXIX. in principatu I. M. D. LIV.

D. O. M.

Marcus Antonius Trivisanus P. integer vitæ, & pater-
 na virtute ac gloria semper clarus, omnibus honoribus
 egregie perfunctus, a patribus, invito ipsius genio, Prin-
 ceptus cooptatus, cum annum Remp. sancte gubernasset,
 religionis amantissimus, dum sacris in imaginum aula
 interesset, nulla ægritudine flexis genibus, in gremio pa-
 trum moriens migravit in cælum beatissimus. M. D. LVI.
 Octobris.

IN BOMBARDA TRIUM FISTULARUM.

*Cerberus evomit at triplici de gutture flammam,
Sulfura, sal, nitrum, fulmina, bella, globos.*

AD MICHAELIS.

*Lector parum subsiste: rem miram leges.
Hic Eusebii Hispani monachi corpus situm est,
Vir undecunq; qui fuit doctissimus:
Nostræq; vita exemplar admirabile.
Morbo laborans sedecim totas dies,
Edens bibens nil prosum, & usq; suos monens,
Deum adit, hoc scires volebam, abi & vale.*

Anno Domini M. D. I. X. Februar. ætatis
suæ L. I. sacræ militiæ XVII.

A. COCCII SABELLICI TUMULUS.

*Quem non res hominum, non omnis ceperat ætas,
Scribentem capit hac Coccion urna brevis.*

JOSAPHATO

Scientiæ bonorum amico, vitiorum hosti acerrimo. qui
eloquentiam verè Romanam bonasque artes Veneram
juventutem per multos annos docuit; ac tandem pietate
ac innocentia clarus, annum agens quintum & octoge-
simum, ex nullo nisi senectutis & oculorum imbecillita-
tis morbo infirmus, placidè cum familiaribus loquens,
naturæ concessit: filii innocentissimi posuere.

AD ARAM PIETATIS.

Si quis Missam ad hoc altare fieri curabit, plenariam
peccatorum remissionem consequetur. Si verò pro de-
functi alicujus anima ad idem altare legatur missa; statim
in ipso actu & celebratione missæ anima defuncti ex pur-
gatorio in cælum ascendet & salvabitur.

Nihil certius.

PIERIO VALERIANO BOLZANIO

Bellunensi; ejus si negotia diu apud summos Pontifices
curata noris; nihil eum unquam legere, nedum scribere
potuisse dicas: sin quæ multa, tam docta scripserit, inspi-

cias; nulli hominum otia quietiora contigisse iudices. Joannes Cornelius Fantini patricii Veneti F. & fratres locum amico suo intimo unanimes concess.

SEBASTIANI FOSCARINI.

Accipite Veneti cives, quod est optimum in rebus humanis, humanas res contemnere. Vixi Reipub. quamdiu potui: mihi certé parum: & hîc uno ictu extincto.

ANTE PALATIUM DUCIS.

Henricus III. Galliaë Rex, & I. Poloniaë Christianiss. accepto de immatura Caroli IX. Galliaë Regis fratris conjunctissimi morte tristi nuncio; è Polonia in patriam, ad incundum regnum hæreditarium properans, Venetias anno salutis M. D. LXXIII. XIII. Calend. August. accessit: atq; ab Aloysio Mocenigo Sermo. Venetorum Principe, & omnibus hujusce Reipub. ordinibus, non modò propter veteris amicitiaë necessitudinem; verùm etiam ob singularem de ipsius eximia virtute atq; animi magnitudine opinionem, magnificentiss. post hominum memoriam apparatus, atq; alacri Italiaë propé universæ, summorumque Principum præsertim concursu, exceptus est. Ad cuius rei memoriam sempiternam, Senatus hoc monumentum fieri curavit, Arnolfo Ferrerio secretioris ejus consilii particeps: Regio apud Rempub. Legato id etiam postulante.

AD CISTERNAM.

*Parcior è calo quum quis descenderit imber,
Hic erit ingenti quod levet ora siti:
Nec tantùm hoc hominum potuit solertia; verùm
In medio dulces aquore servat aquas.*

IN PALATIO CONSILII MAGNI.

Omnibus qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum est, esse in cælo definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia cœtusq; hominum jure sociati, qui civitates appellantur, hac etiam in Rectores & conservatores cælo profecti illuc revertantur. Aversamini igitur vitia, colite virtutes; ad rectas opes animum sublevate; humi-

humiles preces in excelso porrigite. Magna vobis est, si dissimulare non velitis, necessitas inclytæ probitatis, cum ante oculos agitis Judicis cuncta cernentis.

AD TRIBUNAL TRIUMVIRORUM

rei aquaria.

Venetorum urbs, divina disponente providentia, in aquis fundata, aquarum ambitu circumsepta, aquis promuro munitur. Quisquis ergo quomodocunque detrimentum aquis publicis inferre ausus fuerit; & patriæ hostis judicetur; nec minore plectatur poena, quam qui sanctos muros patriæ violasset. Hujus edicti jus ratum perpetuumque esto.

IN SEBASTIANI.

Nicolaus Crassus forum primûm, navigationem deinde secutus, ab adversa fortuna fortunis omnibus spoliatus, ad forum iterum reversus, hunc postremó locum laborum omnium & miseriarum quietem sibi & post. P. M. D. LXIII.

A L I U D.

Si invenire quenquam est ad unguem factum hominem, unus is fuit Antonius Colb. Norebergenfis, additus nulli, quicquid toto orbe funditur, uno pené in cubiculo coëgit, nihilque non egit, dum tandem egit animam. anno ætatis LXXI. m. VII. d. II. Salutis veró M. D. XLI. IIII. Novemb.

IN AEDIBUS PHILOGIANIS.

Θῶμας Φιλόλογος ὁ ῥαβεννάτης, ὁ τῆς δικεμένης γυμνάσια βονωνίας, ῥώμης, πατακίε σοφία λαμπρῶτα, ἀνήγειρεν. ἔτει δὲ κλίσεως κόσμου ΖΞΒ.

Thomas Philologus Ravennas Physicus, ære honestis laboribus parto, ædcis primûm Paduæ virtuti; post has Senatus permissu pietati erigi fecit: illas animi, has etiam corporis monumenta.

Anno mundi VI M. DCC. LIIII.

Jesu Christi M. D. LIIII.

Urbis M. C. XXXIV.

G iij

V E N E T A.
I N D I V I M A R C I,
Lancini Curtii.

*En virtutem mortis insciam,
Vivet Lancinus Curtius
Secula per omnia.
Tantum possunt Camoena.*

A R C U U M T R I U M P H. T I T U L I, Q U I B.
*excipiebatur Henr. III. Francia & Polonia
Rex, à Senatu Veneto.*

T E R V I G I I.

Magnis auspiciis	Fort loing encores.
Meliori fortuna	Trop peu.
Bono eventu	Vn peu plus prés.

Nec rerum metas, nec tempora pono.

Fiant perpetui dies tui: & regnum tuum non accipiat
alter.

V E N E T I I S A R C U I T R I U M P H A L I A D L I O
*anno 1574. in honorem regis Gallia & Polonia eó tum
adventantis hac inscripta fuerunt:*

F O R I S:

Henrico III. Franciæ atque Poloniæ Regi Christianiss. & invictiss. Christianæ religionis acerrimo propugnatori adveniendi: Venetiarum Resp. ad veteris benevolentiæ atque observantiæ declarationem.

A T E R G O.

Henrico III. Franciæ atq; Poloniæ regi opt. atque fortiss. hospiti incomparabili: Venetor. Resp. ob ejus adventum feliciss.

P A T A V I I.

Condæum cum Admirallio & hæreticis Lutetiam obsidentem, & fidei dogmata rescindentem, Henricus cum rege fratre fugat, prostermit, vincit.

Ad Passachum, occupantibus & diripientibus Engolismum

lismum & Pictavios, hostibus occurrit Henricus: manus
conferit: victor evadit: Condæus occumbit.

Henrico M. Franciæ Poloniæq; regi Christianiss. hæ-
reticis fidei hostibus superatis: ob magnitudinem rerum
gestarum: jussu ser. reip. Ven. Patavina civitas b. m. p.

Admirallium magnis viribus bellum restaurantem ad
Moncontur, Henricus aggreditur parva manu: & adver-
so casu equo excussus, mox humo sublatus, hostem vin-
cit: cædit: urbem recipit.

Ne belli gloriam partam obscuret Henricus; Guisios
& Admirallios contendentes, & sese cedentes, vetat com-
prehendere.

Henrico Franciæ Ill. & Poloniæ regi: religionis vindi-
ci: ser. reip. Ven. decreto Pat. civitas P. C.



T A R V I S I I.

*Aurelii Augurelli imago est quam vides,
Uni vacantis litterarum serio
Studio, & jocosò, dispari cura tamen:
Hoc, ut vegetior sic fieret ad seria:
Illo, ut jocosus uteretur firmior.*

G iiij



FLORENTINA.
IN FLORENTIAM J. CÆS.
SCALIGER.

*P*arva fluentisonis aggesta Fluenta ripis
Mollia de nitido nomina Flore capit.
Fasula regnabat: verum meliora sequutus
Martius antiquas detulit amnis opes:
Divitias Hera: Mercurius discrimina lingua:
Mercurius varias ire redire vias:
Ambitiosa, ferox, bellacia, flammea, Mavors
Pectora magnificam docta Minerva manum:
Juppiter ostendit caelestes mentibus aulas:
Sirenium tribuit dulcis Apollo sonum.
Vera vetus Roma soboles, aliena requiris:
Mutua qua proprias vertis ad arma manus.

INSCRIPTIONES.

IN S. MARIAE REPARATAE.

Ad perpetuam rei memoriam.

Generali Concilio Florentiæ celebrato, post longas disputationes unio Græcorum facta est in hac ipsa Ecclesia, die VI. Julii, Anno 1430. Præsidente eidem Concilio Eugenio P. P. II. cum Latinis Episcopis & Prælati: & Imp. Constantinopolitano, cum Episcopis & Prælati ac Proceribus Græcorum in copioso numero, sublatisq; erroribus, in unam eandemq; rectam fidem, quam Romana tenet Ecclesia, consenserunt.

Ibidem ad lavam.

Ob insignem magnificentiam civitatis & templi, Eugenius P. P. IV. omni solemnitate adhibita dedicavit, die 25. Martii, anno 1436. cujus dedicationis gratiâ pons ligneus insigni magnificentia & ornatu factus est ab Ecclesia S. Mariæ novellæ, ubi P. P. inhabitabat, usque ad Ecclesiam

siam

FLORENTINA.

105

fiam hanc, per quem veniens Pontifex cum Cardinalibus & Episcopis, cæterisque proceribus, pontificali habitu ad dedicandum accessit. Tanta enim multitudo ad spectandum convenerat, ut præ nimia turba vias obsidente, nisi per Pontem commodè transire Pontifex non potuerit.

AD MARIAE DE FLORE.

Ille ego sum per quem pictura extincta revixit,

Cui quàm recta manus tam fuit & facilis.

Natura deerat nostra quod defuit arti,

Plus licuit nulli pingere nec meliùs.

Miraris turrim egregiam sacro are sonantem,

Hæc quoq; de modulo crevit ad astra meo.

Deniq; sum Jottus, quid opus fuit ista referre?

Hoc nomen longi carminis instar erat.

Obiit anno 1336. cives P.P.B.M. Anno 1490.

TUMULUS VERII MEDICIS.

Verius Medices, Eques opibus & gentis nobilitate clarus, sed & probitate & publicæ quietis studio clarior, hæc quiescit humo. Locus meriti honoris ergo uni & viventi datus opt. civi. Vixit annos LXXII. m. 8. d. 20. Obiit Ann. salutis M. CCC. VC.

AD LAURENTII.

Offa Cosmi magni Ducis Hetruriæ in pusillo hoc busto pro tempore deposita sunt, in quo & Eleonoræ uxoris sita erant: ut simul honesto tumulo condantur, uti in vita semper mutuo amore juncti fuere.

ITEM.

Petro & Johanni de Medicis Cosmi P.P.F.H. M.H.N. S. Laurentius & Julius Petri F.F.P.P. patri, patruo, Anno 1471. Petrus vixit annos 53. m. 5. d. 15. Joannes ann. 42. m. 4. d. 24.

ITEM.

Cosmus de Medicis hîc situs est, decreto publico pater patriæ. Vixit annos 75. m. 3. d. 20.

G V

FLORENTINA.

IN S. MARIA NOVA SUB
 imagine Christi.

*Vinctus, inops, moriens vera te morte redemi,
 Hospes adorato numine gratus abi.*

IN S. MARCI.

*Joannes jacet hic Mirandula. cetera norunt,
 Et Tagus & Ganges, forsan & Antipodes.*

Ob. Anno sal. 1494. vixit annos 32. Hieronymus Benevenius, ne disjunctus post mortem locus ossa separet, quorum animos in vita conjunxit amor, hac humo supposita poni curavit. Anno S. 1542. Vixit annos 89. m. 6.

ANTE PORTAM ARCIS.

Quod faustum felixq; sit: Carolus v. Rom. Imp. ex Africa rediens, cum Alexandrum Medices Florentinorum Ducem, generum suum, extructa jam reliqua arce, turris hujus fundamenta locantem reperisset, primum victrici manu lapidem ponere non dedignatus est. Anno 1536.

IN S. LAURENTII.

Pauli Jovii Novocomensis, Episcopi Nucerini, historiarum scriptoris celeberrimi, hic deposita sunt ossa, donec eximia ejus virtute dignum erigatur sepulcrum. Vixit annos LXXVIII. m. VII. d. XXIII. Obiit 3. Id. Decemb. Anno 52.

*Heic latet heu Jovius, Romana gloria lingua,
 Par cui non Crispus, non Patavinus erat.*

Ibidem hodie legitur:

Paulo Jovio Novocomen. Episcopo Nucerino, historiarum sui temporis scriptori, sepulcrum, quod sibi testamento decreverat, posteri ejus integra fide posuerunt, indulgentiam maxx. Ducum Cosmi & Francisci Hetruriae Ducum. Anno 1574.

Ibidem:

D. O. M.

Antonii Cioffi imago hæc est, Jurisconsulti celeberrimi, atq;

mi, atq; omni polita doctrina exculsi. utrumq; Jus spacio
30. annorum Pisis voce subtiliter interpretatus est, quod
etiam scriptis suis acuminis & elegantiae plenis illustra-
vit. Immatura viri subitaq; mors ingentem dolorem at-
tulit familiaribus & studiosis scientiae Legum, orbatis re-
pente & recondita magni Doctoris eruditione, & morum
suavitate singulari.

*Julianus frater monumentum hoc, loco impetra-
to à Magno Duce Francisco, summo amato-
re ipsius, honoris hominis causa extruendum
curavit. Vixit annos 55. menses 10. dies 3.
Obiit Pisis 6. Cal Jan. 1575.*

TUMULUS MARSILII FICINI.

*En hospes, hic est Marsilius Sophia pater,
Platonicum qui dogma culpâ temporum
Situ obrutum illustrans, & Atticum decus
Servans, Latio dedit fores primus sacras,
Divina aperiens mentis actus numine.
Vixit beatus ante Cosma munere,
Laurig, Medicis, nunc revixit publico.*

S.P.Q.F. Anno 1521.

AD MARIAE DE FLORE.

Quantum Philippus de Burnebesco Architectus arte
Dadalea valuerit, cum hujus celeberrimi mira testudo
templi, tum plures machinae divino ingenio ab eo adin-
ventae documenta esse possunt: quapropter ob eximias
animi sui dotes, singularesq; virtutes, xv. Cal. Majas An-
no 1444. ejus B. M. corpus in hac humo, superstita grata
patria sepeliri iussit.

IN PALATIO DUCIS, STATUA EST ANTIQUA
Appii Claudii, inventa Aretii, cum tali inscriptione:

APPIUS CLAUDIUS C. F. CAECUS, CENSOR,
COS. BIS DICTATOR, Interrex III. Pr. II. Aed. Cur.
II. Q. Tri. Mil. III. Complura oppida de Samnitibus ce-
pit, Sabinorum & Tuscorum exercitum fudit, pacem fie-
ri cum Pyrrho rege prohibuit. in Censura viam Appiam
stravit: & aquam in urbem adduxit: aedem Bellonae fecit.

MONSTRI.

*Hac Petrus Paulusq; uno sub corpore vini
Fabrica natura mira jacemus humo.*

AD RIPAM ARNI, INFRA
novum palatium.

Ossa equi Caroli Capelli legati Veneti.

*Non ingratus herus sonipes memorande sepulchrum
Hoc tibi pro meritis, hac monumenta dedit.*

Obsessa urbe anno 1530. 3. Id. Martii.

EPIGRAMMA BIBLIOTHE-
ca Medicea.

Deo, præsidib. familiæ. Divus Clemens VII. Medices
P.M. libris opt. studio major. & suo undique conquisitis,
bibliothecam ad ornamentum patriæ civiumq; suorum
utilitatem d.d.

Hanc bibliothecam Cos. Med. Tuscorum magnus Dux
perficiundâ curavit. Anno Dn. M. D. LXXI. III. Id. Julii.

ITEM.

*Cosmus in has ades meliora volumina xóσμῶς
Transtulit, & primas quas habet orbis opes.
Sic genuit tandem sterili de nomine Cosmus,
Rem sibi tum mundo calitibusq; parem.*

IN CALCE PANDECTARUM
Florentinarum legitur:

Ego Marsilius Ficinus interfui, dum hoc reperiretur
opus: idque manu propria scripsi die 9. April. Anno Dn.
1496. Petro Bernhardo de Bernhardis sedente Vexillifero
Justitiæ.

IN SACELLO PALATII
aureis literis.

1. Animo proprio iram furoremq; sedare, atq; restin-
guere, magnæ victoriosæq; fortitudinis est.
2. Quod non licet concupisci, non licet intueri.
3. Impu-

3. Impunitatis spes maxima peccandi illecebra.
4. Magna in utramq; partem conscientia vis.
5. Ultra hominem quemque provehere sola probitas potest.
6. Evangelium invenit sibi domum, & Leges locum ubi quiescunt.
7. Concordiâ res parvæ crescunt, discordiâ etiam maximæ dilabuntur.
8. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ DEI Deo.
9. Omne regnum in se divisum desolabitur, & domus supra domum cadet.
10. Hoc est præceptum meum, ut diligatis vos invicem, sicut dilexi vos.
11. Virtus est vitium fugere, & sapientia prima stultiâ caruisse.
12. O præclara operum & opum mortalium beatitudo! quam cum adeptus fueris, securus esse desistis.
13. Gaudia pelle, pelle timorem, spemq; fugato, nec dolor adsit; nubila mens est, vinctaq; frenis, hæc ubi regnant.

JOAN. AUSTRIACAE MAGNAE
Ducissa Etruria.

Hoc tumulo deposita sunt ossa serenissimæ Joannæ Austriacæ, Francisci Medicis Magni Etruriæ Ducis uxoris, cum tribus filiabus iniquo fato ante omnia præreptis, cum filiolo, qui prius mortuus erat; cum illa quondam vitales auras carperet, mœrens ad tempus posuit.

AD MARIAE NOVELLAE.
Sub horologio.

*Sic fluit occulté, sic multos decipit atas,
Sic venit ad finem quidquid in orbe manet.
Heu heu præteritum non est revocabile tempus,
Heu propius tacito mors venit ipsa pede.*

PARICAE MEDICÆ AB

Pudicitia atque prudentia non minus quàm sanguine claræ incomparabili conjugii, Philippus Strozzius mœrens, decem liberis collacrymantibus, pro tempore posuit. Vixit annos xxviii. mens. viii.

FLORENTINA.

IN PORTA CIVITATIS.

Carolus v. Cæsar Aug. cum insigni omnium Christianorum beneficio immanem archipiratam regno Tunetano pepulisset fugassetque; Siculo, Neapolitano suis regnis constitutis; Roma profectus Florentiam, hanc portam cum magna pompa ingressus, populo cuncto præ lætitia gestiente, ab Alexandro Medices civitatis Duce, cui Margaritam filiam desponderat, illustri apparatu, Regaliq; hospitio Mediceas in ædes acceptus est, Anno Domini M. D. xxxv. Id. Maji.

IN S. MARCI.

ANGELI POLITIANI.

*Politianus in hoc tumulo jacet Angelus, unum
Qui caput & linguas, res novæ, tres habuit.*

Obiit an. 1509. Septemb. 24.

*Angelus hic clausit cineres varia arte politus,
Ut vix inveniat Ausonis ora parem.*

PONTIFICIS IN CONCILIO
Constantiensi dejecti.

Balthasar Cossa, olim Joannes xxiii. obiit Florentiæ, anno Domini 1419. xi. Kal. Januar.

Antonio Strozze, Cæsarei sacriq; Juris consultiff. ac de Rep. bene merito, Antonia Vesputia uxor P. vixit annos 68. obiit 4. Id. Jan. 1521.

AD PORTICUM MERCATORUM.

Cosmus Medices Florentiæ Dux, publicæ magnificentiæ & salubritatis ergo porticum transverso columnarum ordine undiq; permeabilem, adversus cæli contumeliam negotiantibus in foro civibus suis extruxit. 1548.

AD S. FRANCISCUM SUB EFFIGIE
Marcelli Virgilio.

*Suprema nomen hoc solo
Tantum voluntas jusserat,
Poni, sed hanc statuam pius*

Erexit

FLORENTINA.

III

*Erexit haeres, nescius
Fama futurum & gloria
Aut nomen, aut nihil satis.*

IN LAPIDE SEPULCRI.

Marcellus Virgilius Reip. Florent. Secretarius, sibi, uxoriq; suæ, & posteris posuit. Vixit an. LVI. menses VI. dies XXVII. Obiit v. Cal. Decemb. An. M. D. XXI.

LAPIS ANTIQVUS INTEGER APUD
nobilem quendam Florentinum.

Q. Fab. Maximus, Dictator. bis Cos. v. Censor, interrex. II. æd. cur. Q. II. TR. Mill. II. Pontifex, augur. primo consulatu Ligures subegit, ex iis triumphavit. tertio & quarto Hannibalem compluribus victoriis ferocem subsequendo, coercuit; Dictator Magistro equitum Minutio, quo jus populus imperiū cum Dictatoris imperio æquaverat, & exercitui profligato subvenit, & eo nomine ab exercitu Minuciano pater appellatus est. Consul quintum Tarentum cepit, triumphavit. Dux ætatis suæ cautiſſimus, & rei militaris peritissimus habitus est. Princeps in Senatum duobus lustris lectus est.

A L I U D.

Zenobius Episcopus hic situs erat, quo in coelites relato, sepulcrum ad sacerdotes templi hujus transiit, quod Cosmus Med. II. Dux marmoreo pavimento instaurari curavit.

Quiescimus, domum hanc cum adimus ultimam.

A L I U D.

*Si tibi quos patria & virtus Lape maxime fascēs
Tradidit, exilio perdidit invidia;
At tua non odium, non mors, non tempora possunt
Perdere, qua reparat nomina clara Nepos.*

PROPE TEMPL. S. CRUCIS.

Henricus IV. Roma rediens coronatus, infestus Florentinis, quod coronationi suæ obstiterent, rogatus ab exulibus, quorum princeps erat Dantes Poëta, urbem ob-

sedit, ab ea parte quæ est ad septentrionem: atque cùm vidisset ædificiis intentam civitatem (præcipuè autem id testatur palatium Cocchiorum, quod noctu etiam struebatur funalibus accensis) post quadragesimum diem soluta obsidione discessit. 1313. Kal. Octob.

AD ANGELI.

Hic condita sunt corpora sanctorum Martyrum Proti, Hyacinthi & Nemesii. Clariss. viri Cosmus & Laurentius fratres neglectas diu sanctorum reliquias Martyrum, religioso studio, & fidelissima pietate suis sumptibus his aureis loculis condendas colendasq; locarunt.

VERSUS,

In aditu montis Fesulani, in quodam conclavi
manu Politiani scripti:

*Misero quello, chi da persona vile
Nasce di cor magnanimo & gentile!*

LAPIDIS IN ADSCENSU FESULANI.

Super hanc, ut fertur, petram, ab infidelibus Fesulanis decollabantur Christi Martyres: ob hanc ergo devotionem & reverentiam hic collocata fuit. Anno Domini M. D. LXVI.

AD S. MARIAM NOVELLAM.

Ἰώσηφ ἐλέει δὴ Ἀρχιεπίσκοπὸς Κωνσταντινοπόλεως
Νεῆς ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

*Ecclesia antistes fueram qui magnus Eos,
Hic jaceo magnus relligione Joseph.
Hoc unum optabam miro inflammatus amore.
Unus ut Europa cultus & una fides.
Italiam petii, fœdus percussimus unum:
Juncta q; Romana est, me duce, Graja fides.
Nec mora, decubui, nunc me Florentia servat,
Qua tunc concilium floruit urbe sacrum.
Felix qui tanto donaret munere vivens,
Qui morerer voti compos & ipse mei.*

ALIUD.

A L I U D.

Hugoni Ottonis III. Imp. affini ac Comiti, Marchioni Brandenburgensi, Hetruriæq; præfecto, qui D. Benedicto hæc olim, & sex alia cœnobia condidit. Pii hujus loci Monachi de se bene merito sepulcrum vetustate attritum instaurarunt. Anno salutis 1481. H. M. H. N. S. Obiit anno salutis M. LXII. Cal. Januar.

A D S. C R U C I S.

*Siste, vides magnum qua servant marmora vatem,
Ingenio cujus non satis orbis erat.*

Quæ natura, polus, quæ mos ferat, omnia novit:

Carolus ætatis gloria magna sua.

*Aufonia & Graja crines nunc solvite Musæ,
Occidit heu vestri fama decusq; chori.*

I B I D E M.

Postquam Leonhardus è vita migravit: historia luget: eloquentia muta est: feruntq; Musas tum Græcas tum Latinas lacrymas tenere non potuisse.

I B I D E M.

Michaëli Angelo Bonarotio, è vetusta Simoniorum familia: sculptori, pictori, & architecto: fama omnibus notissimo, Leonhardus patruo amantiss. deq; se opt. merito, translatis Roma ejus ossibus, atq; in hoc templo major. suorum sepulcro conditis: cohortante sereniss. Cosmo Medices magno Hetruriæ Duce, P. C. Anno salutis 1570. Vixit ann. 88. m. 11. d. 15.

A D A N N U N C I A T A E.

Ludovicus Gonzaga II. Marchio Mantuæ, Petro Tonali, suisq; posteris, ob summam in eum benevolentiam, ejusq; in templo, quod cernis, ædificando diligentiam, sepulchrum hoc concessit. Anno 1477.

H

IN FORO.
JUDITHAE.*Exemplum salutis pub. 1495.*

MERCURII.

Quo vincas, clypeum do tibi casta soror.

MINERVAE.

Tuta Jove, ac tanto pignore lata suar.

CUPIDINIS.

Fratriis ut arma geras, nudus ad astra volo.

MARTIS.

*Te, fili, si quis laferit, ultor ero.**Benevenutus Cellinus civis Flor. F.
Anno 1553.*

IN PALATII VESTIBULO.

*Ingressa auspiciis hanc urbem, diisq; secundis
Casaris invicti Augusti pulcherrima proles:
Nunc iisdem subeas hac limina & aurea tecta.
Adventu ecce tuo latantur, & omnia rident.
Hic redimita olea crines pax alma corona,
Et secura quies, & cetera numina lato
Te vultu accipiunt venientem, & fronte serena.
Omnes & votis optant, & voce precantur,
Sis felix, ad sisq; tuo cum conjuge virgo:
Æternum imperium vigeat, nomenq; decusq;.*IN AULA PALATII MAGNA, QUÆDAM
quasi Chronologia est rerum à Floren-
tinis gestarum.*A Christo nato 1010. Fæsulæ in partem Urbis adscitæ
Anno dn. 1306. Muscelana prætura nobilis.
Anno sal. 1403. Flaminia nostræ ditionis.
Anno sal. 1440. Puppium Caufentini agri caput.
Anno dn. 1342. Piscia oppidum adeo fidele.
Anno sal. 1350. Pratum oppidum specie insigne.*

Anno

Anno dn. 1369. Prætura Arnensis inferior.

Anno dn. 1331. Pistorium urbs socia nobilis.

Post partum Christi an. 400. Florentia, Gothorum impetu fortissimo retuso, Rom. victoriam præbet.

Anno ante Christum natum 20. Tribus cœptæ. Florentia Romanor. colonia à triumviris deducitur.

Post partum virginis 1265. Florentini cives à Clemente I v. Ecclesiæ defensores appellantur.

xxi v. Civitates Hetruriæ optimo Principi: constituta civitate: aucto imperio: & pacata Hetruria: S. P. Q. F. Opus jussu Cosmi cœptum: à Christi ortu 1563. Perfectum à materia, à pictura, à reliquo ornatu: ann. duobus, mensibus tribus.

Anno 1433. post ortum Christum, Eugenio I v. Pont. Max. urbe sedeq; pulso: refugium est paratum.

Post ortum Christum Anno 1283. civibus, opibus imperio florens, latiori pomœrio cingitur.

Post partum Virginis an. 1010. Florentia Fæularum ruinis.

Anno sal. 1254. Volaterra, Tusciæ urbs celeberrima.

Anno sal. 1338. Geminianum & Collis oppida.

Anno dn. 1376. Certaldensis prætura amœniss.

Anno sal. 1197. Ager Clantius, & ejus oppida.

Post partum Virginis 1509. Pisani comœtu & spe excluduntur.

Ann. à Christi ortu 1498. Veneti Pisarum defensores victi.

Hum. sal. an. 1500. Galli auxiliares repelluntur.

An. dn. 1509. Tandem læta victoria venit.

An. dn. 1499. Vicum Florentinū milites irrumpunt.

A partu Virg 1495. Cæsena vi solida expugnatur.

A Christo nato 1494. S. P. Q. F. Pisanis rebellibus magno animo bellum indicit.

Ab hum. gen. salut. 1553. Prælium acre ad monasteriū.

Ab hum. gen. sal. 1553. Bellum cogitantes prævenit.

Post partum virg. 1554. Cassili oppidi expugnatio.

Post partum virg. 1555. Exitus victis victoribusq; felix.

Post partū virg. 1554. Mons Regionius vi expugnatur.

Post partum virg. 1554. Galli rebellesq; prælio cedunt.

FLORENTINA.

Post partum virg. 1554. publici hostes terra arcentur.
 Anno sal. 1440. Burgum Umbriæ urbs & Anglaria.
 Anno sal. 1297. Prætura Arnensis superior.
 Anno sal. 1412. Cortana Pollitianumq; oppida clara.
 Anno sal. 1381. Arctium nobilis Hetruriæ urbs.

 IN AULA SUPERIORI AD
 imagines Heroum.

*Natis exemplum Decius. sum victima Romæ.
 Scipio sum. vici Hannibalem, Pœnosq; subegi.
 Sum Cicero. tremuit nostras Catilina secures.
 Brutus ego assertor patriæ, regumq; fugator.
 Uro manum spretis errantem Scævola flammis.
 Hoste fero caso victricia signa Camillus.*

 REGIS DAVIDIS VETU-
 stis. statua.

Contra hostes patriæ terribilissimos, fortiter dimican-
 tibus, Deus victoriam præstat.

 IN PALATIO PYTHIO.
 Publicæ commoditati.

 Ibidem, muli epitaphium.

*Letificam, lapides & marmora, ligna, columnas
 Vexit, conduxit, traxit, & ista tulit.*

 AD S. SPIRITUM.

Hoc quod vides Sacellum variis nobilibus marmori-
 bus ab Ægypto usq; Angliæq; adductis, constructum, Ba-
 ptista Cavalcantes, Thomæ F. religionis ergo, maxumis
 cum sumtibus ædificandum curavit. Anno Domini 1562.

I B I D E M.

Thomæ Cavalcanti, civi Florentino. Qui cum summæ
 nobilitati summas divitias addidisset, non solum merca-
 turam singulari fide, sed etiam Rempub. singulari pru-
 dentia

dentia gessit. Cumq; ann. 74. explevisset, Florent. 11. Kal. Quinct. vitam cum morte commutavit. An. Dn. 1560. Baptista f. parenti opt. cariss. P. C.

AD CARMELITAS.

Juliano Pistoro Pratenſi, Carmelitæ, suo Provinciali optimè merito, lugentes posuere. Qui quantum in Physica ac mathematicis disciplinis omnibus, præcipuè in Astrologia valuerit; non Senæ, Pifa, aut Florentia tantum, ubi annis non minus 22. professus est; verum totus terrarum orbis agnovit. Vixit an. 64. menses 5. dies 11. ☉. 7. Xbr. 1556.

AD MARIAE DE FLORE, IN
circo medii fani.

Sylvester Medices H. A. D. Q. qui ita de repub. domi forisq; meritis est, ut & equestri ordine, & ampliff. donis & loco sepulturæ, maximo consensu civitatis decoratus sit. Anno sal. 1388. Vixit annos 62. menses 8. d. 12.

IBIDEM:

Ad effigiem Dantis.

*Qui calum cecinit mediumq; imumq; tribunal,
Lustravitq; animo cuncta Poëta suo,
Doctus adest Dantes, sua quem Florentia sæpe
Sensit consiliis ac pietate patrem.
Nil potuit tanto mors sæva nocere poëta,
Quem vivum virtus, carmen, imago facit.*

ALIUD.

Multum profectó debet Musica Antonio Squarcialupo Organistæ. Is enim ita arti gratiam adjunxit, ut quartam sibi videretur Charites Musicam adscivisse sororem. Florentina civitas grati animi officium rata ejus memoriam propagare, cujus manus sæpè mortales in dulcem admirationem duxerat. Civi suo M. P.

AD D. MARCI.

D. O. M. Antonio Vidotto, ob pacem inter Anglor. & Francor. Reges confectam, ab Edoardo VI. equestre gra-

dum, ab utrisq; insignia munera consecuto, in patria ab opt. Duce Cosmo in 48. virorum numerum cooptato: Volaterris demum prætura & vita functa, gentiles ejus, absentibus filiis P.P.⊙.4. Kl. Decemb. anno 1555. Vix. an. 63. m. 6.

I B I D E M.

Jo. Maria Panlotius heic situs est domo lugubri, J. C. celeberrimus. qui cum operam diu navasset Duci Urbinati principi suo, & in aliis Italiæ urbibus plurimorum controversias summa cum laude dijudicasset: accersitus postremum à Cosmo Medice Duce Florentinorum ac Senens. primum in 17. Rotæ Judicibus fuit: deinde causis audiendis præpositus. eo in munere cum valde probatus foret omnibus, vitam amisit. Antonia Berna mœrens, conjugii cariss. P.⊙.4. Kl. Jan. Anno Domini 1565. Vixit an. 62. m. 2. d. 20.

A D A N N U N C I A T A M.

Angelus Martius Assisensis Episcopus, ac J. C. à secretis augustæ Medicum domus, illiusq; alumnus, & in eam ob probitatem fidemque adscitus, hoc sibi vivens sepulchrum confecit, defunctus ut sibi vivat, cum ante mortem amicis vixisset. Anno 70.⊙. an. dn. 1546.

I B I D E M X E N O D O C H I I E P I G R A P H E.

*Virginis intacta cum veneris ante figuram,
Prætereundo cave, ne sileatur Ave.*

I N L A U R E N T I I.

*Si merita in patriam, si gloria, sanguis, in omni
Larga manus, nigra libera morte forent:
Viveret heu patria casta cum conjugio felix,
Auxilium miseris, portus, & aura, suis.
Omnia sed quando superantur morte; Joannes
Hoc mausoleo, tuq; Picarda jaces.
Ergo senex mœret, juvenis, puer, omnis & atas,
Orba parente suo patria mœsta gemit.*

Cosmus & Laurentius de Medicis, Joanni
Averrardi F. & Picardæ Adovardi F. ca-
rissimis

rissimis parentibus, hoc sepulchrum faciendum curarunt. Obiit autem Joannes. Cal. Mart. M. CCCC. XXVIII. Picarda veró XIII. Cal. Majas, quinquennium post é vita migravit.

IN MARIAE ANNUNCIATAE.

Quod novisse juvabit, perlegant omnes.

Leo X. Pont. Max. Florentinus, pius in Deiparam virginem, ac benignus in patriam, Divæ Annunciatae sacellum, magno quondam ære á majoribus suis familiae Mediceæ in hac æde constructum, miraculorum, & cœlestium gratiarum copia toto orbe celebratissimū, Pontificiis donis perpetuò honestaturus, simulq; ad ipsam confluentium saluti pientissimè consulens, motu proprio, Christicolis universis cōfessis sacellum visitantibus qualibet die Sabbati, mille annos & totidē quadragenas, & singulis ejusdem Virginis, nec non Nativitatis Domini celebritatibus, ac Veneris, Sabbatiq; diebus majoris hebdomadæ duo annorum, & quadragenarum millia de injunctis eis pœnitentis Apostolica auctoritate relaxat: omnium insuper, quæ in eo fundentur, precum participes eos decernit, qui sua, vel aliena manu, si ritè impediatur, pro defunctorum etiã expiatione nonnihil prædictæ aræ piè erogare curaverint. Dat rursus peccatorum plenariam indulgentiam per se, vel alium, verè scilicet impeditis, visitantibus idem sacellum á primis vesperis, & die tota natiuitatis ejusdem Divæ Mariæ, pro facultate tamen facta oblatione Priori loci, & ab eo decernendis fratribus, potestate concessa diebus octo absolvendi quoscunque, ab excessibus omnibus, iis, quæ in bulla cœnæ Domini continentur, exceptis, & præter quatuor commutandi quæcunque vota hoc absolutionis beneficio gaudent, eodem tempore accersito ad se Sacerdote, qui á personali sacelli visitatione legitimè præpediuntur, sua tamen ad id munera dirigentes eãdem in peregrinos Prior utetur facultate, iis etiã porrecto Eucharistiæ Sacramento, quotiens oportuerit. Quæ legisti, ea non abolenda concessit Leo perpetuò duratura, Anno Christianæ salutis M. D. XIII. sexto Cal. Maji.

H iij

AD I M U M A R N I P O N T E M I N
 arcu triumph.

*Qua tam praeclara nascetur stirpe parentum
 Incluta progenies digna atavisq; suis.
 Hetrusca attollet quantis se gloria rebus,
 Conjugio Austriaca Mediceaq; domus.
 Vivite felices. non est spes irrita. namq;
 Divina Charites talia voce canunt.*

S U P R A M A G N A M P A L A T I I P O R -
 tam ad sponsam Austriacam.

Ingredere opt. auspiciis fortunatas aedes tuas, augusta virgo, & praestantiss. sponsi amore, clarissimiq; Ducis sapientia, cum bonis omnibus deliciisq; summa animi securitate diu felix & laeta perfruere, & divinae tuae virtutis, suavitatis, foecunditatis fructibus publicam hilaritatem confirma.

I N A U L A M A G N A E J U S -
 dem palatii.

Has aedes, atq; aulam hanc, tecto elatiori, aditu, luminibus, picturis, ornatuq; augustiori, in amplio rem formã decoratam, dedit Cosmus Medices illustriss. Florent. & Senar. Dux, ex descriptione atq; artificio Georgii Vasarii Aretini pictoris atq; architecti. 1565.

A D M A R I A E . E P I T A P H I U M S E V E R I N I
 Norbii Equitis aurati, Dani.

*Oceanum hostili toties qui sanguine tinxit
 A gelida Thyles littore ad usq; Cronum,
 Quem non immeritò Sclavi, Suediq; Gothiq;
 Vandaliaq; urbes extimuerunt ducem:
 Norbius Etrusco jacet hic Severinus in antro,
 A Florentina missus in astra pila.
 Barbarus ille nequit captivum extinguere Moscus,
 Mergere non mediis Ennosigaus aquis!
 Debit in Latio, velut orbis in arce perire,
 Tanta viri ut virtus undiq; nota foret.*

FLORENTINA.

121

IN CARTHUSIANO.

*Donatus nomen, patria est Florentia, gens mi
Acciajola domus. clarus eram eloquio.
Francorum ad regem patria dum orator abirem,
In Ducis anguigeri mœnibus occubui.
Sic vitam impendi patria, quæ me inde relatum
Inter majorum nunc cineres sepelit.*

IN CECINIANO:

Aonii Palearii.

*Quem Thuscus Cecinna olim possederat agrum,
In signem latè frugibus & pecore,
Hernicus Aonius longo post tempore cultu
Longè auctum antiquo restituit gemio.*

FONTIS AGANIPPES.

*Quem pellucidula manantem cernitis unda,
Fons hic muscosis obsitus iret aquis,
Nì Thuscus properè colles visura tulisset
Cecinna campis Hernica Nais opem.
Deduxit rivus, ne quisquam diceret hortos
Hesperidum posthac esse, sed Aonidum.*

H v





FERRARIENSIA.
IN FERRARIAM J. CÆSAR
SCALIGER.

Inclita qua patulo fruitur Ferraria cælo,
Reginas rerum lumine ditat aquas.
*Aurea nobilitas: studiorum nobilis otii
Ingenia: audaci pectore prompta manus:
Magnanimiq; duces, genus alto è sanguine divum:
Perfugium profugis moenia sancta viris.
Vos me luctifica redeuntem è stragis acervis,
Quos vetus ex ima sede Ravenna gemit,
Germano in pugna amisso, fortiq; parente,
Quo matri victa vita dolore fugit,
Ornatum elogiis, decoratum nomine regum,
Auctum Felsinea restituitis ope.
Salvete heroës, & qua sanctissima tellus
Fratrisq; ac matris & patris ossa tegis.*

INSCRIPTIONES.

IN ASYLO.

MEMORIÆ D. HERCULIS
ESTHENSIS DUCIS II.

Hic Alphonso Neapolitanorum regi, ob egregiam in-
dolem, charissimus, cum Galeatio Pandono viro illustri
ac fortissimo, vixdum adolescens, non sine maxima lau-
de singulari certamine depugnavit: ad Molinellam Ve-
netorum exercitum hostili impetu graviter laborantem
virtute sua conservavit: neque prius acriter pugnare de-
stitit, quàm repulsis hostibus, plumbea glande dextrum
pedem faucibus, ex prælio discedere coactus est. Multa, im-
perium adeptus, ad urbis ornatum excogitavit perfectis-
que. Aulam regiam commodiorem pulcrioremq; reddi-
dit: innumeras domos, nova fora, publicas porticus ma-
more

moreis columnis insignes, castelli veteris molem jam pridem inchoatam celeriter & exacte consummavit. Belliguardi palatium auxit atq; exornavit. Belliflorem incendio consumptum restituit: arcem novam ad Eridanū positam meliori structura & amœnis hortis additis, multo decentiorem refecit; aqua ex Padi alveo plumbeis fistulis in urbem traducta, perennes fontes instituit. Templis ferme omnibus instauratis, atq; ad ampliorem & augustiorem formam redactis, nova posuit: & ea omnia præclaris muneribus ditavit. Palustres agros ad culturam redegit: antiquorum Comœdias, ac veteris scenæ modos actusq; retulit: plurimaq; ad spectatorū hilaritatem, inusitato sumptuosq; paratu, actibus interposuit. Hunc novum urbis ambitum in septentrionem vergentem, antiquæ urbi addidit: crebrisq; propugnaculis turritis, & inexpugnabilibus muris, lata ac præcipiti fossa, lateritiis pontibus super constructis, celerrimè communivit. Tot magnificis operibus brevi perfectis, tot publicè privatimq; collatis beneficiis, tot clariss. virtutum ratione habita, Augusti & P. P. nomen merenti, S. P. Q. Ferrariensis, hanc equestrem statuam viventi posuere. ad quam si quis intra ambitum xx. P. confugientibus vim attulerit, se læsæ majestatis crimen incurrisse non ignoret.

APUD CARMELITAS.

JOHAN. MANARDO FERRARIENSI,
VIRO UNI OMNIUM INTEGERRIMO AC
sanctiss. Philosopho & Medico doctissimo:

Qui annos P. M. L. X. continenter tum docendo & scribendo, tum innocentissimè medendo, omnem medicinam ex arce bonarum literarum scædè prolapsam, & in barbariæ potestatem ac ditionem redactam, prostratis ac profligatis hostium copiis, identidem ut Hydra renascentibus, in antiquum pristinumque statum ac nitorem restituit: lauream omnium bonorum consensu adeptus, IV. & LXX. annum agens, omnibus omnium ordinum sui desiderium relinquens, humili se hoc sarcophago condidit.

Julia Manarda uxor, quod ab eo optabat, posuit.

Hac brevis exuvias magni capit urna Manardi.

Nam virtus late docta per ora volat.

Mens pia cum superis cali colit aurea templa,

Hinc hospes vita sint documenta tua.

AN. M. D. XXXVI. m. Martio,

IN TURRI S. GEORGII.

Ferraria parta pace Anno 1485. cum á Clemente v. sibi metueret Hercules, turrim istam ex fundamento destrui mandavit, ne hostium bombardis pro inferendo urbi damno usui esset. in qua re cum laborari cœptum esset, mutato consilio Ducis, mox ab incepto opere cessatum est.

Ex eo tamen, quod jam demolitum erat, turris ad alteram partem inclinare cœpit, ut hodie quoque, inclinata cernitur.

IN MURO HORTI.

Siste viator iter, volucrem qui comprimis axem,

Quadrupedem flectas, veraq; scripta lege.

Paulo III. Pontif. Max. iter hac faciente, & ab Ill. mo Hercule II. Senatuq; & populo Ferrariensi, certantibus omnibus studiis excepto, demolitus paries IX. Cal. Maii, instauratus autem III. Cal. Julii, ut iter ad Ecclesiam pareret Pontifici.

IN FERRARIAM TERRAE
motib. concussam.

ἀδείπωτον.

Felsinia imperio terra, Brabantia Nerei

Clara stetit, calo Roma superbit adhuc.

Ecce maris dominam Brabanti nominis urbem

Obruit, insani fluctibus ira freti.

Et quæ Felsinia steterat telluris ocellus,

Hanc labefacta suo pondere terra premit.

Exitium est utriq; suum terraq; mariq;

At tibi de calo Roma ruina venit.

DE RESTAURAT. ECCLESIAE.

Cum anno M. D. LXX. die XVII. Novembris tertia noctis hora, quammaximus terrae motus hanc praclarissimam urbem ita conquassasset, ut ejus fortissima moenia, munitissimas arces, alta palatia, religiosa templa, sacratas turres, omnesq; ferè aedes omnino evertisset & prostrasset, uná cum maximo civium damno, atque acerba clade, adeo ut omnes maximo metu perterriti, relictis caris & ornatis domibus, caeterisq; suis bonis, in lugubria coemiteria, in lutosos hortos, atque demum relicta ipsa urbe in sylvestres agros, in pauperibus tuguriis, in humilibus tentoriis tota hyeme praegelida & aspera degentes, passim diffugerent: hoc sacrum Divi Stephani templum ipso terrae motu scissum, fractum atq; ferè collapsum, piissimi Parochiani, & Reverendus Vinutius Segantus illius Rector, Dei & ipsius Divi Stephani protectoris auspiciis, in pristinum statum ipso etiam terrae motu nondum cessante restitui curarunt, Anno M. D. LXXI. die XVIII. Septemb.

FRANCISCI SACRATI.

*Hac eques insignis tegeris Franciscè sub urna,
Sacrata quondam firma columna domus.
Morte tua doluit princeps, populusq; patresq;
Et pudor, & socia cum probitate fides.
Hoc memores nati clauserunt membra sepulcro,
At pia sydereas incolit umbra domos.*

HIERON. SAVANAROLAE.

*Dum fera flamma tuos Hieronyme pascitur artus,
Religio sanctas dilaniata comas
Flevit, & o, dixit, crudeles parcite flamma,
Parcite, sunt isto viscera nostra rogo.*

ANNUS MARTYRII.

*SIn Cera ta Xat CVLIVs Vbi VoCe BaaLIs,
Inter It IgnIVoMIs SaVanaroLa rogIs.
Vix. ann. Domini M. C C C. XCVIII.*

DOMINICI BONDII.

Qui á prima adolescentia Græcis Latinisq; literis peritissimé imbutus, ingenii atq; industriæ laude semper claruit: Philosophiam veró Medicinamq; Ferrariæ multos annos publicæ proficendo, acutissimé, diligentissimé, atque integerrimé cum omnium favore docuit ac exercuit, de universa autorum antiquitate, ut de sua ipsiusmet ætate, optimé meritis, nisi forte nullo tantæ eruditionis superstitute monumento ambitionis etiam aliquid in modestissimo viro desiderare possit posteritas.

*Mi domus hac requies curarum sola mearum:
Omnibus una meis certa medela malis.*

PETRUS MONFERRATUS

Honorariæ potestati accensus, dum operam civibus pestilentia laborantibus præbet; noctu equi calce ictus in abdomine, magnum suæ sedulitatis desiderium populo & Decurionibus Ferrariensibus reliquit, Joan. Hieronymus parentem optimum lugens, pos. Anno salutis M. D. XXVIII.

PICTORIS CUIUSDAM.

*Occubat hic proles pictoria: va tibi, mundum
Et sua quisquis amat, huc nihil inde feres.
Huc nihil inde feres, guttam hic á paupere dives
Poscit aqua; mundum va tibi quisquis amat.*

BAPTISTAE STABILINI.

*Hic Baptista jacet Stabilinus marmore, vivus
Nunquam quievit, at quiescit mortuus.*

H. M. H. N. S.

HIERONYMI BELLACUMBÆ.

Vale anima candidissima. vale tuorum parentū, quos dolore & luctu conficis, æternum desiderium. vale & hujus patriæ, quam tua hinc migratione miserabiliter orbasti, & Musarum, & hujus ætatis immortale decus. Vale animula blandula, & in numerum deorum tam brevi vitæ spacio recepta. Vale rursus, & si animæ ullus est sensus; donec

donec recto ordine te, sicut natura concedet, assequemur;
nostri memor.

SIGISMUNDUS LOCATELLUS

Ferrariensis, equis omni nationum artificio instituendis
artifex totius Italiae suo ævo primarius, Federiciq; Griso-
nii, artis ejus inventoris primi, discipulus, qui hujusce
peritiæ singularis ergo Francisco Atestino antea, Alphon-
so secundo deinde duci serenissimo, universaq; princi-
pis familiæ, ac primariæ nobilitati acceptissimus, nobiles
multo numero adolescentes, equos innumeros ea disci-
plina doctos fecit: egregiaq; munera é vicinis remotisq;
regionibus reportavit: á multis externis Principibus, ac
Suecorum rege ingentibus præmiis invitatus. Vir insigni
animi tranquillitate patriam omnibus prætulit, atq; æta-
tis suæ LX. ann. diem novissimum operiturus, hoc se tu-
mulo condidit. M. D. LXXXII. mense Majo.

FRATRIS AUGUSTINI,
Richini.

*Flens veni in terras, & flens discedo, fuit q;
Dum vixi, fletus, vita, dolor, gemitus.*

DE TERRAEMOTU ALOYSIUS
Luifinus.

*Diluvium, terra motus, contagia, passim
Bella, fames, mundi quid reliquum exitio est?
Ignis & ipse propé est, unde hac? ex arce Tonantis?
Tot mala quid mundo congerit? Impietas.
Anne salutis adhuc spes ulla est? unica. Quisnam
Porriget hanc? Pietas. hac ubi? nullus habet.
Quid stas munde? ruc, ut pietas est nulla; ruentem
Sic video, auxilium numina laesa negant.*

IN DOMINICANO.

Sebastiano Clarignano acerrimi ingenii viro, & in sce-
na, sive risus urbanos moveret, seu Tragico fletu pulpita
quateret, Cynthus Joannes-Baptista Gyraldus amicus
amico optimo ac bene merenti posuit. Vixit annos LXIV.
mens. VIII. Obiit anno M. D. LI. III. non. Sextilis.

*Te, Rosci, extincto perit res Comica, teq;
 Æsopæ extincto regia scena perit.
 Ambas Mons falcus Stygiis revocarat ab umbris,
 Et dederat vita nobiliore frui.
 Nunc ipso erepto prorsus periere, nec ulla est
 Spes reliqua, amissas demere posse, neci.
 Melpomene hinc Tragico flet tristia fata boatu,
 Et laniata sinus mœsta Talia gemit.
 Cynthius occasum veteris miseratus amici,
 Supremos cineres condidit hoc tumulo.*

NICOLAI LEONICENI.

Nicolao Leoniceno Vicentino, qui sibi Ferrariam patriam maluit, ubi annos l. x. Italos & provinciales magna celebritate Græcæ & Latinæ instituit, continua ferie apud principes Estenses magno in honore habitus, unus omnium magis pectore quam lingua Philosophiam professus, rerum naturæ abditissimarum experientissimus. qui primus herbariam penè desitam, & sylvam rei medicæ injuria temporum negligenter habitam, in disquisitionem, magna spe mortalium, revocavit: in barbaros conditores pertinaciter stylum perstrinxit: & studio veritatis cum omni antiquitate acerrimè depugnavit.

Annos natus vi. & xc. cùm jam æternis monumentis in arcem immortalitatis sibi gradum fecisset, homo esse desit. Alfonso Estensis Dux III. & S. P. Q. Fer. B. M. posuere. 6. Id. Jun. Anno 1524. Bonaventura Pistophilo grato ipsius discipulo procurante.

IN S. DOMINICI.

Tria cum maxima haberet Beatrix Jocula clariss. Sigismundi Salimbeni filia; generosum spiritum: constantissimam fidem: & castiss. corpus: aliud in beatorum sedes; aliud in cari conjugis Albertini ex nobili Jocularum gente pectus migravit. qui cum summo voluntatis & consiliorum tenore vixerat. quod tertium erat, hinc jacere vides, non sine magno omnium dolore & desiderio. ubi & amantiss. maritus, cùm superis visum fuerit, eximiæ benevolentiae gratia, conquiescet. Anno sal. hum. m. d. xl.

FERRARIENSIA.
IN SUMMO TEMPLO.

129

TUMULUS LILII GYRALDI.

<i>Quid hospes aſtas? tymbium</i>	<i>Eſt uſus altera, nihil</i>
<i>Vides Gyraldi Lili,</i>	<i>Opis ferente Apolline.</i>
<i>Fortuna utramq; paginam</i>	<i>Nil ſcire refert amplius,</i>
<i>Qui pertulit, ſed peſſima</i>	<i>Tua aut ſua. in tuam rē abi.</i>

Lilius Gyraldus Prot. Apoſt. mortalitatis
memor, annum agens LXXII. V. S.
P.C. Anno M. D. L.

IN COENOBIO DOMINICANORUM SUPRA
oſtium Bibliotheca ad Cæli Calcagnini
tumulum.

INGREDIENTIBUS.

Cælius Calcagninus Ap. S. protonot. vivus ſibi poſuit.
Hoc ſcilicet deerat temeritati humanæ, ut eorum curam
ſuſciperet, quæ neq; vivis neq; mortuis eſſent profutura.

EXEUNTIBUS.

Cum Cælius Calcagninus nihil magis optaverit, quàm
de omnibus, pro fortunæ captu, optimè mereri: decedens
Bibliothecam, in qua multò maximam ætatis partem e-
git, in ſuorum civium gratiam publicavit, & in ea ſe con-
di mandavit. Tu quisquis es, rogo, ut hominis B. M. ma-
nibus Deum propitium preceris. Ex diuturno ſtudio in-
primis hoc didicit, MORTALIA CONTEMNERE: ET
IGNORANTIAM SUAM NON IGNORARE.

AD DOMINICI.

Cæſar, Alexander, tumulo Trajanus in iſto
Clauduntur, nec tres claſſos tenet urna, ſed unum,
ſcilicet Eſtenſem, ſublaturum in ſidera Borſum,
Cujus erant mores tantorum in pectore regum.

JANI PANNONII, EPISCOPI QUINQUE
eccleſienſis, Poëtæ celeberrimi.

Hic ſitus eſt Janus, patrium qui primus ad Iſtrum
Duxit laurigeras ex Helicone deas.

I

*Hunc saltem titulum livor permittet sepulto,
Invidia non est in monumenta locus.*

IN TEMPLO CATHEDRALI.

*Ludovici Ariosti humanur ossa
Sub hoc marmore, seu sub hac humo, seu
Sub quicquid voluit benignus hares,
Sive herede benignior comes, seu
Opportunius incidens viator.
Nam scire haud potuit futura, sed nec
Tanti erat vacuum sibi cadaver,
Ut urnam cuperet parare vivus.
Vivens ista tamen sibi paravit,
Qua scribi voluit suo sepulcro,
Olim si quod haberet is sepulcrum.
Ne cum spiritus hoc brevi peracto
Præscripto spacio misellus, artus
Quos agré antè reliquerat, reposcet,
Hac & hac cinerem hunc & hunc refellens,
Dum noscat proprium, diu vagetur.*

AD BENEDICTI.

Ludovico Ariosto, Poëtæ patritio Ferrariensi, Augustinus Mustus tanto viro, ac de se bene merenti, tumulum & effigiem marmor. ære proprio P. C. An. S. 1573. Alphonso II. Duce. Vix. an. LXX. Obiit anno 1533.

*Hæc Ariostus est situs, qui Comico
Aureis theatri sparsit urbanas sale:
Satyræq; mores strinxit acer improbos.
Heroa culto qui furentem carmine,
Ducumq; curas cecinit atq; prælia.
Vates corona dignus unus triplici.
Cui trina constant, qua fuerunt vatibus
Grajis, Latinis, virq; Hetruscis singula.*

AD MARIAE DE PORTA.

Catharina Aurichalca, nec mulier, nec vir, at androgyna potius. quæ cum ter modò mater esset, hæc, ô rem miseram, jacet. cujus quidem nominis memoriam cupidus ejus vir ampliss. monumentis consecrare, in sui nomine, suisq;

FERRARIENSIA.

131

suisq; heredibus, hoc commune statuit condi sepulcrum.
xii. Kl. Apr. An. 1550.

AD CARMELITARUM.

Angeli Gambilionis de Aretio, perspicacium ingenio-
rum alumno, oriundi: perplexarum LL. enodatoris inter-
pretisque: fama noti super æthera: summis ac infimis gra-
tissimi integritate, comitate gravi, genere, divitiis b. mo-
do partis, numerosa & ingenua liberorum sobole orna-
tiff. viridi senecta religiosissimé extincti, ossa hîc molliter
quiescunt.

AD AUGUSTINI.

*Sub unius ejusdemq; matrona duplici effigie, Fortitudi-
nis una, altera Justitia, epigramma hoc my-
sticum legitur:*

Quæ sunt, pro his quæ non sunt: quæ si essent, pro his
quæ cum sint, non sunt: quæ videntur esse, pro his quæ
clam sunt. In causa sunt, ut, qui estis, sitis.

IN BENEDICTI.

Franciscus Tombesius Principum Atestinorum, Her-
culis & Alfonsi, utriusque secundi, Procurator generalis,
Joannes Baptista Fabricius, qui Jacobi, viri olim summæ
fidei ac probitatis F. sibi posterisq; suis legitimis, nec non
& uxori vivens fieri curavit, moris & mortis ergo. Anno
salutis M. D. LXI.

IN PAULI.

Aliud.

*Hunc tibi consensu tumultum Ferraria magno
Pro meritis posuit, clare Guarine, tuis.
Tu pater eloqui, gemina tu gloria lingua,
Præcipuus juvenum tu moderator eras.
Te duce nostra vigens studiis florentibus atas
Pierio præscis certat honore viris.
Nec Verona minus tali se jactat alumno,
Quam veteres celebri nomine tollit avos.
Primus & extremus te noverat orbis, & ultra
Humanum virtus se tulit ista gradum.*

I ij

FERRARIENSI A.

*At nos hic senio resolutos condimus artus,
Candida sydereas incolit umbra domos.*

Obiit anno Salvatoris M. CCCC. LXXI.
die IIII. Decembris.

IN FRANCISCI.

Aliud.

Gillino Episcopo Comaclensi, utriusq; Juris Doctori, Comiti Palatino, & Equestri ordine insigni, amplissimis Germaniæ, Galliæ & Romanæ Curiaë legationibus honorificè, & ad vota functo; & illustrissimis Atestinæ familiæ Ducibus præcipuè carissimo. qui tanta liberalitate in pauperes suas opes effudit, ut in acquirendis moderatiõne fuerit, an in elargiendis intemperantior, difficile sit cognitũ; & quem, annos natum LXXXII. vitam sanè, si ad labores, nimis diuturnam; si verò ad ejus virtutem, & patriæ desiderium spectes, per brevem, mors improba nobis eripuit: superstites pietatis ergo posuerunt. Obiit autem XII. Cal. Januar. M. D. LIX.

IBIDEM.

Gerardo Sarraceno Jurisconsulto, maxima apud Alfonso Ferrariæ Ducem autoritate, & Francisco ejus filio, item Jurisconsulto, tanta in foro nominis celebritate, ut litigatores acrius de eo sibi patrono cooptando, quàm de causã ipsa disceptarent. Vixit annos LVI. Gerardus & Oppizzo fratres, avo & patri monumentum hoc, qualecunque est, faciendum curaverunt, magnificentius curaturi, si eis suam ipsorum pietatem magis, quàm paternum testamentum exequi licuisset. Anno M. D. LVII. XIII. Cal. April.

IN MARIAE DE VA.

Exteriùs.

Quis fuerim, quid egerim, qui monumentum posuerint, si tua scire refert viator, hanc ædem ingressus scito: manibus bona precare, sicq; vive, ut & cum vixeris, vivas. Ex bonis defuncti positum, qui in interiori pariete sepultus est.

Inte-

URBINATIA.

133

Interiùs.

D. O. M.

Jacobo Cagnacino J. C. qui post perfunctos in patria summa æquitate Magistratus, ad publiceq; docendi munus, magna sui nominis gloria, doctrinæ ergó accersitus Ticinum, morte præventus obiit, anno M. D. L. Amici B. M. F. curarunt.

IN AEDE SACRA SANCTAE

Mariæ in monte.

Ænigma.

Quæ sunt, pro his quæ non sunt, quæ si essent, pro his quæ cum sint, non sunt quæ videntur esse, pro his quæ clam sunt,

In causa sunt, ut, quod estis, sitis.



URBINATIA.

IN PALATIO.

FEDERICUS Urbini Dux, Montis Ferretrii ac Durantis Comes, S. Rom. Ecclesiæ Confalonarius, atque confœderationis Imperator: hanc domum á fundamentis erectam, gloriæ & posteritati suæ ædificavit, qui bello pluries depugnauit: sexies signa contulit: octies hostem profligauit: omniumque præliorum victor ditionem auxit: ejusdem justitiâ, clementia, liberalitas & religio, pace victorias æquarunt ornaruntq;.

IN ARMAMENTARIO DUCIS URBINATIS.

Ensis loquitur.

Son quella, che difende la ragione.

Non ti fidar di me, se il cor ti manca.

IN BIBLIOTHECA

Ducis Urbini.

Sint tibi diuitia, sint aurea vasa, talenta

I ij

*Plurima, servorum turba, gemmaq̄, nitentes:
 Sint vestes varia, preciosa monilia, torques:
 Id totum hac longé superat praclara supellex.
 Sint aurati etiam niveo de marmore postes:
 Et variis placeant penetralia picta figuris:
 Sint quoq̄, Trojanis circumdata moenia pannis,
 Et miro flagrent viridaria culta decore,
 Extra intraq̄, domus regali fulgida luxu:
 Res equidem mutæ; sed Bibliotheca pacata
 Jussa loqui, facunda nimis; vel jussa tacere,
 Est prodesse potens & delectare legentem.
 Tempora & ipsa docet, venturaq̄, plurima pandit,
 Explicat & cunctos cali terraq̄, labores.*

IN MUSAEO DUCIS.

Federicus Monfelinus, Dux Urbini, Montis Feretrii &
 Durantis Comes, serenissimi regis Siciliae Capitaneus ge-
 neralis, sanctæq̄; E. R. Confalonarius. M. CCCC. LXXVI.

AD IMAGINES PRAESTAN-
tium virorum.

PLATONI

Atheniensi, humanæ divinæq̄; Philosophiæ antistiti ce-
 leberrimo Fed. dicavit ex observantia.

ARISTOTELE

Stagiritæ, ob Philosophiam ritè exacte q̄; traditam, Fed.
 posuit ex gratitudine.

CL. PTOLEMAEO

Alexandrino, ob certam astrorum dimensionem, indu-
 ctasq̄; orbi terrarum lineas, vigiliis laboriq̄; æterno, Fed.
 dedic.

M. TULLIO

Ciceroni, ob disciplinarum varietatem, eloquentiæq̄; re-
 gnum, Fed. D. P. P. P. ex persuasione.

L. BOETHIO

Ob cujus commentationes Latini M. Varronis Scholas
 non desiderant. Fed. Urbin. Princeps P.

L. AN.

L. ANNAEO SENECAE

Corduben. cujus præceptis animus liberatur perturbati-
onibus, excoliturq; tranquillitas. Fed. erexit.

HOMERO

Smyrnaeo, cujus poësin ob divinam disciplinarum varie-
tatem, omnis ætas admirata est; affecutus nemo post. Gra-
titudo P.

D. AUGUSTINO

Ob sublimem doctrinam, cælestiumq; rerum indagatio-
nem luculentiss. post. edocti. F. C.

MOSAE

Judæo, ob populum servatum, divinisq; animatum legi-
bus, posteritas Christiana posuit.

SOLOMONI

Ob insigne sapiëntiæ cognomen. Fed. homini divino P. C.

D. THOMAE

Aquinati, cujus divinitas Philosophiæ Theologiæq; cõ-
mentationibus ornata est, dicat ob virtutem egregiam.

SCOTO

Ob sublimes cogitationes, cælestiumq; rerum assertatio-
nes accuratissimas, Fed. doctori acutissimo P.

PIO

Secundo, P. M. ob Imperium auctum armis, ornatumq;
eloquentiæ signis, Fed. posuit, magnitudini animi, labo-
ribusq; assiduis.

BESSARIONI

Græci Latiniq; conventus pacificatori, ob summam gra-
vitatem, doctrinæq; excellentiam Fed. amico sapientiss.
optimoq; posuit.

ALBERTO

Magno, ob res naturales, æmulatione Aristotelica perqui-
sitas, immensis voluminibus. posteritatis curæ sanctissi-
mæ B. M. P.

XYSTO

Quarto, P. M. ob Philosophiæ Theologiæq; scientiam ad
Pontificatum traducto. dicat benignitati immortalis.

DANTI

Antigerio, ob propagatos numeros, poëticamq; varia doctrina populo perscriptam. posita B.M.

P. VIRGILIO

Maroni, ob illustrata numeris Heroicis Romanorum incunabula, Imperiiq; poëtos divinitatem, Fed. dedit furori sublimi.

EUCLIDI

Megarensi, ob comprehensa terræ spacia lineis centroq; Fed. dedit, invento exactiss.

VICTORINO

Feltrensi, ob humanitatem, litteris exemploq; traditam, Fed. præceptori sanctiss.P.

SOLONI

Ob leges Atheniensibus traditas, Rom. tabularum seminario sanctissimo, Fed. P. ex studio bene instituendorum civium.

BARTOLO

Sentinati, acutissimo legum interpreti, æquissimoq; Fed. posuit, ex merito & justitia.

HIPPOCRATI

Coo ob salubritatem humano generi datam, brevibusq; demonstratam comprehensionibus, bona posteritatis valetudo dicat.

PETRO

Apono, medicorum arbitro æquissimo ob remotiorum disciplinarum studium insigne Fed.P. cur.

D. GREGORIO

In cælum relato, ob morum sanctitatem, librorum quoque elegantia testatam, gratitudo Christiana memor erexit.

D. HIERONYMO

Ob fidei Christianæ præcepta, doctrina elegantiaque illustrata, Fed. æternitatis gratia posuit.

D. AMBROSIO

Ob spretos fasces consulares, susceptumque Christianum

num nomen, & ornatam Latini sermonis jucunditatem,
Fed. P.

MONUMENTA FR. PETRARCHÆ.

Ob acerrimum ingenium, suavissimæq; ingenuitatis
doctrinam, posteritatis lætitia, lususq; dicavêre B. M.

ANTE INGRESSUM SACELLI.

*Bina vides parvo discrimine juncta sacello,
Altera pars Musis, altera sacra DEO est.*



MANTUANA.

IN MANTUAM J. CÆSAR
SCALIGER.

*M*axima cùm veteri turgeret Hetruria regno,
Sceptraq; terrarum jungeret aucta mari:
Mole nova tumuit, solisq; excrevit arvis,
Ut premeret forti jura aliena pede.
Inde est in superas deducta colonia terras:
Non tamen his potuit Mantua tota dari.
Clara viris, felix ducibus, divo inclyta cyeno,
Quem vitreis aluit Mincias Andis aquis.
Mantua dives arvis, magno non cesserit orbi,
Tota tamen parte hac vincitur ipsa sui.

INSCRIPTIONES
MANTUANÆ.

IN HORTIS DUCIS.

Plurimum facere, minimum loqui.
Ignem gladio ne fodias.
Tace, quod taceri vis.
Tempus nosce.
Aura fave.
Amor non imperatur.

Si vis amari, ama.
Nec spe, nec metu.
Feras, non culpes, quod mutari non potest.

IN PRIVATI CUJUSDAM DOMO
ad imagines clarorum virorum.

M. CURIUS.

Præstat locupletibus imperare, quàm fieri locupletem.

FAB. MAXIMUS.

Non minús cunctatione, quàm celeritate hostes devin-
cuntur.

ALEX. MAGNUS.

Virum diu fidelem criminanti, non facilé credendum.

T. VESPASIANUS.

Liberalis pro facultate substantiæ suæ merentibus li-
benter impertitur.

A. CECIN. J. CAESAR.

Sola clementia principes Deo facit æquales.

EPAMINONDAS.

Veré nascitur, qui sic pro patria moritur.

CN. POMPEJUS ET TIGRANES REX.

Pulchrum est regem vincere.
Pulchrius veró facere.

AD FRANCISCI.

*Si neq; fata queunt animos sejungere amicos;
Æternúm heic Blanca est Julius & Probitas.*

D. O. M.

*Si fata venderent aut permutarent animas;
Julium Gonzagam probitas redimeret,
Et uxor vita permutaret propria.
At quia neutrum licet; probitas raptum luget.
En uxor Biancha amoris æquæ ac doloris
Hoc illi monumentum vivens collocat.*

Kl. Jan. An. 1531.

MANTUANA.

139

IN TEMPLO CATHEDRALI.

*Adventare mihi extremam dum suspicor horam;
Ossibus hac posui vivus in aede domum.*

IN IMAGINEM RESURGENTIS.

*Nos quoq;, qui solus superata morte revixit,
Sumpturos carnem rursus & ossa monet.*

IN PALATIO FERRANDI

Gonzaga.

*Catella Viola Lucinam infeliciter experta, hinc sita sum:
Hoc lusus, hoc fides meruit monumentum. Quid mirare?
Fides ipsa canes cæli incolas facit.*

D. O. M.

*Nazario Scopulo Jurisconf. Equiti sac. Later. Pal. ac
Cæsar. aulæ, & Imp. Conf. Comiti Palatino, qui cum Tri-
den. Bon. Flor. ampliff. magistratib. functus esset, Mantuæ
demum sub Fed. Fran. Gul: q; Principib. Senat. & audit.
XL. annos de Jure respondit, atq; adeo integerrimè & san-
ctiff. munus obivit, ut maximum desiderium sui nemini
non reliquerit. Anton. Parasia conjugiar. P. C. Anno sal.
M. D. LXXIX. Natus Prid. Kl. Mart. M. CCCC. LXXXVII.
Obiit VI. Id. Febr. M. D. LXVIII.*

L A E L I O C A P I L U P O

Benedicti F.

Mantua te Leli meritò se jactat alumno.

Nam Maro qua sonuit tu quoq; voce sonas.

Et tua sint quamvis ex omni parte Maronis

Carmina; non eadem qua canit ille canis.

Non igitur mirum si te modò Mantua ademtum

Certatim spargit floribus & lacrymis.

Vix. annos LXII. dies XV. ☉.

An. M. D. LX. III. Jan.

A D F R A N C I S C I .

D. O. M.

*Fatis Hippolyto impiis adempto
Maximo Alterica domus honore*

MANTUANA.

Consulto egregio utriusq; Juris,
Oratoreq; & optimo Poëta,
Deplorat pater, ingemunt clientes:
Silet Manto, Aonidesq; lacrymantur.

Qui obiit anno sal. M. D. LXXIX.
ætate suæ XXXVIII.

IN FRANCISCI.

Annibal Constantius Neapol. eques, præsidio equestri
Principis præfectus, sibi ac Scipioni Calderino, qui sæpius
Ordin. duxit, vivens faciendum curavit, ne quos benivo-
lentiæ charitas, in vita arctiss. vinculo cõjunxerat, in mor-
te dijungerentur.

ALIUD.

Hospes Alexander triplici clarissimus are
Hic cubat, hic sacer est manibus iste locus.
Sive sonum malles, sive instrumenta sonora;
Nec melior psalter, nec faber ullus erat.
Regia nemo pari tornabat vasa decore,
Sive as, seu gemmas, sive tenebat ebur.
Majori superos nemo pietate colebat.
Qui legis ergo pia dic pia verba anima.

IN D. FRANCISCI.

Quæso anima fidelis, Ah quid respondere velis Christo
venturo de calis,
Cum á te poscet rationem, Ob boni omissionē, Et mali com-
missionem?
Dies illa dies ira, Quam conemur prevenire, Obviamq;
Deo ire
Seria contritione, Gratia apprehensione, Vita emendatione.
Dies ira dies illa, Solvet seclum in favilla, Teste David
cum Sibylla.
Quantus tremor est futurus, Quando judex est venturus,
Cuncta strictè discussurus?
Tuba mirum spargens sonum, Per sepulchra regionum, Co-
get omnes ante thronum.

Mors

Mors stupebit & natura, Cúm resurget creatura, Judican-
ti responsura.

Liber scriptus proferetur, In quo totum continetur, Unde
mundus judicetur.

Judex ergo cúm sedebit, Quidquid latet, apparebit, Nil in-
ultum remanebit.

Quid sum miser tum dicturus? Quem patronum rogatu-
rus? Cúm nec justus sit securus.

Rex tremenda majestatis, Qui salvandos salvas gratis,
Salva me fons pietatis.

Recordare Jesu pie, Ne me perdas illa die, Quód sum causa
tua via.

Quarens me sedisti lassus, Redemisti cruce passus, Tantus
labor ne sit cassus.

Iuste judex ultionis, Donum fac remissionis, Ante diem ra-
tionis.

Ingemisco veré reus, Culpá rubet vultus meus, Supplicanti
parce Deus.

Qui Mariam absolvisti, Et latronem exaudisti, Mihi quoq;
spem dedisti.

Preces meae non sunt digna, Sed tu bone fac benigné, Ne per-
enni cremer igne.

Inter oves locum praesta, Et ab hœdis me sequestra, Sta-
tuens me parte dextra.

Confutatis maledictis, Flammis acerbis addictis, Voca me
cum benedictis:

Ut consors beatitatis, Vivam cum justificatis, In ævum
aternitatis.

AD BENEDICTI.

MATILDIS COMITISSA FUNDATRIX.

Si quid est, á Deo est.

Stirpe, opibus, forma, gestis, & nomine quondam

Inclyta Matildis heic jacet, astra tenens.

IN SUMMO TEMPLO.

Donec immortalitatem producat Cæsar Ansagus, sui
reliquum huc asservandum dedit.

AD FRANCISCI.

Antonio Grado Medico, Lucia Grotta, de quo nihil nisi mortem quæsta, invita superstes conjugii b. m. & sibi F. vix. ann. 62. m. 5. d. 7. In matrimonio fuit ann. 33. d. 14. sine discordia.

PETRI POMPONATII

Mantuani.

D. M.

Hic sepultus jaceo. Quare? nescio. nec, si scis aut nescis, curo. Si vales, bene est. vivens valui. Fortasse nunc valeo. Si, aut non; dicere nequeo.

ALBERTINO PAVESIO

Ingenuis artibus erudito Ludovicus filio p.

*Intempesta mihi cur te mors abstulit? heu heu
Debueras oculos claudere nate meos.*

IN BARBARAE.

Amici mei omnes desinite luctu quietem nunc meam rumpere. Vixi namque ut morerer: mortua sum ut viverem: vobiscum victura demum, cum mortua mors fuerit. Dominicæ uxori dilectiss. Vincentius de Ferratis, & filii matri bene merenti pos. Anno M. D. LV.

FRANCISCI GISULPII

Ex antiquissimo Longobardorum sanguine hinc ossa clauduntur, donec immutatio veniat, & corruptibile hoc incorruptibile induat, & mortale immortalitatem.

PATA-



PATAVINA.

IN PATAVIUM J. CÆSAR
SCALIGER.

Huc antiqua deum domus Ilium, & inclyta bello
Robora, Dardanos exposuere Lares.
Decepti patrias, non victi, amissimus oras.
Perpetuis res est Græca valere dolis.
Qui vicere, suos ideo amiserunt penates:
Ast nova sunt profugis regna parata viris.
Arma decent Teucros, vastos sapientia Grajos:
Victis Euganeis pectus utrumque dedi.
Regna vides Veneto Phrygiis majora ruinis:
Atticæq; à Patavo pectore terra capit.

INSCRIPTIONES.

SUPRA TRIBUNAL CURIAE.

Excute manus ab omni munere: partes patienter audis
benignè responde: justè judica.

IBIDEM AD IMAGINEM LEONIS,
cui homo supplex.

Parcere subjectis scit nobilis ira leonis;
Tu quoq; fac simile, quisquis regnabis in orbe.

IBIDEM SUNT IMAGINES PRAECIPUA-
rum virtutum cum his inscriptionibus:

Prudentiæ imago inter circinum & speculum.

Conscia præteriti, præsens adverto; futurum
Prævideo, humano dominans prudentia sensu.

Justitia inter gladium & bilancem.

Reddo cuique suum, sanctis & legibus omne
Concilio mortale genus, ne crimine vivat.

Fortitudo inter clavam bellicam & columnam,
Constans adversis, casu frenata secundo,
Magna paro excelsis animis, & fortibus ausis.

Temperantia inter binas mensuras.
Contineo motus animi, tempusq; locumq;
Et moderata, modum cunctos distinguo per actus.

Fides inter crucem & calicem.
Sacra fides sedeo, magna Deitatis alumna,
Una salus animis, & claro prævia calo.

Spes ad ancoram.
Spes ego divinis aspiro nutibus, altis
Inclita propositis, certò ventura figurans.

Charitas inter rosas & pateram.
Cura deum, & cara homines dilectio pacis
Nuncia complector, flagranti pectore vivens.

COMMUNE, SUB IMAGINE VIRI LACERI ET
 cruenti, cui ab utroq; latere tres assant ipsum spo-
 liantes & dilaniantes, additi versus:

Sic me dilacerat, sic me genus omne cruentat,
Heu nulla hos pietas, nulla hos clementia tentat.

IBIDEM:

Conservatio civitatis, unio.

Et in cippo erecto:

Lapis ignominia & cessionis bonorum.

IN EADEM CURIA T. LIVII CAPUT VIDE-
 tur, sine barba, collapsis genis, fronte rotunda, lineis rectis,
 auriculis longiusculis, naso acuminato, cum in-
 scriptione antiqua & recentiori.

V.F.T. Livius, Liviae, T.F. quartæ legionis, halys con-
 cordalis, Patavi, sibi & suis omnibus.

DELPH. PET.

MATTH.

DELPH. FIL.

M. DAND.F.

Offa

*Ossa tuumq; caput cirves tibi maxime Livi
Promto animo hic omnes composuere tui.*

*Tu famam aeternam Romæ patriæq; dedisti,
Huic oriens, illi fortia facta canens.*

*At tibi dat patria hæc; & si majora liceret,
Hoc totus staret aureus ipse loco.*

Titus Livius, i v. Imp. Tib. Cæsaris anno, vita excessit,
ætatis veró suæ LXXVI.

PRAETOR
JUST.

E Q. PRAEF.
OPT.

IBIDEM.

Inclyto Alphonso Arragonum regi, studiorum fautori, Reip. Venetæ foederato, Antonio Panormita Poëta, legato suo orante, & Matthæo Victurio, hujus urbis prætoris constantissimo intercedente, ex historiarum parentis T. Livii ossibus, quæ hoc tumulo conduntur, brachium Patavi cives in munus concessere, anno Christi millesimo quadringentissimo quinquagesimo primo. x i v. Kal. Septemb.

In globo alicubi dependente.

Maxilla & lingua T. Livii in hoc globo continentur.

ITEM:

OSSA

T. Livii Patavini, unius omnium mortalium judicio digni, cujus propè invicto calamo, invicti Pop. Rom. res gestæ conscriberentur.

SUB NOVA T. LIVII IMAGINE

hoc elogium est.

T. Livius Patavinus, historicorum Latini nominis facile princeps, cujus lacteam eloquentiam ætas illa, quæ virtute pariter ac eruditione florebat, adeo admirata est, ut multi Romam, non ut urbem rerum pulcherrimam, aut urbis & orbis dominum Octavianum; sed ut hunc unum inviserent, audirentq;, á Gadibus profecti sint. Hic res omnes, quas populus Romanus pace belloque gessit,

K

quatuordecim Decadibus, mira styli facilitate complexus, sibi ac patriæ gloriam peperit sempiternam.

LIBRO QUEM IN MANU TENET
Livius, inscriptum est.

Parvus ignis, magnum sæpè suscitatur incendium.

IBIDEM.

PAULUS PATAVINUS, Jurisconsultorū clarissimus, hujus urbis decus æternum, Alexandri Mammææ temporibus floruit, ad præturam, præfecturam, consulatumque evehctus. Cujusq; sapientiam tanti fecit Justinianus Imperator, ut nulla Civilis Juris particula hujus legibus nõ decoretur, qui splendore famæ immortalis, oculis posteritatis admirandus, insigni imagine hac merito decoratur.

IN PRÆTORIO PATAVINO, SUB
imagine C. Valerii Flacci.

C. Valerius Flaccus, Patavinus, carmine heroico labores Argonautarum decantavit, quod opus fato preventus imperfectum inemendatumq; reliquit, cum sui magno desiderio illorum temporum studiosis, imò vel testimonio Fabii Quintiliani, conquerentis, nuper in Valerio Flacco multum amissum esse. nec tacuit M. Valerius Martialis, Tellurem Aponam non minus gaudere Stella & Flacco, quàm suo Livio, ad quem etiam scribens, alumnū & spem laris Atenei eum appellat. Floruit sub Vespasiano & Tito, pervenit & ad imperium Domitiani, eo genere carminis, ætatis suæ nemini secundus.

IBIDEM.

Q. Asconius Pædianus Patavinus, Orator, in M. T. Ciceronis orationes scriptor egregius, quæ Laurentius Valla, vir doctissimus, Aul. Gellio doctiorem dicere non dubitavit. Plæraq; alia scripsit, ex testimonio virorum doctorum, quæ a studiosis linguæ Latinæ desiderantur.

ASINIUS STELLA

Patavinus, columbam in deliciis amicæ Jantidis, elegiaco versu

versu deflevit, quo genere carminis adeo excelluit, ut Marcus Valerius Martialis, ipsum Val. Catullo anteferie sit ausus, suo Epigrammate affirmans Stellam tanto majorem Catullo, quanto passere major est columba. Papinius etiam Stacius jure sodalicii sibi junctus, elegatissimo Epithalamio suas cum Violantilla nuptias celebravit, quibus novem Musæ cum Elegia non absuerunt. Opus Elegiarum, fatorum invidia desideratur. Floruit temporibus Domitiani, nec de ipso aliud compertum haberi potest.

IN TEMPLO FRANCISCANORUM.

CHRISTOPHORO LONGOLIO Romanam civitatem propter insignem in studiis literarum præstantiam adeptus, summo ingenio, incredibili industria, omnibus bonis artibus prædito, supra juventutis annos: in qua extinctus est magno cum Italiæ dolore, cui ingentem spem sui nominis excitaverat.

P. Bembus, amico atq; hospiti posuit.

*Te juvenem rapuere Dea fatalia nentes
Stamina, cum scirent moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi si canos seniumq; dedissent.*

AD LAURENTII.

*Inclytus Antenor, patriam vox nisa quietem,
Transtulit huc Hænetum Dardanidumq; fugas.
Expulit Euganeos, Patavinam condidit urbem,
Quem tenet hic humili marmore casa domus.*

Ibidem tumulus

T. LOVATI PADUANI, MILITIS,
Judicis & poetæ.

*Id quod es, antequam fui, quid sis post fata, requiris?
Quod sum, quicquid id est, tu quoq; lector eris.
Ignea pars calo, casa pars ossea rupi,
Lectori cessit nomen inane Lupi.*

D. M.

*Mors mortis, morti, mortem si morte dedisset;
Hic foret in terris, aut integer astra petisset:*

K ij

Sed quia dissolvi fuerat sic juncta necesse;
Ossa tenet saxum, proprio mens gaudet in esse.

V. F.

Obiit anno nati Christi 1309. septimo die
 intrante Martio.

IN DOMO MANTUAE J. C.

Cui renidet hortus undiquaq; flosculus,
Animumq; nullis depositum dotibus
Squalere patitur; is preposteré facit.

IN HORTI MEDICI VESTIBULO.

- I. Portam hanc decumanam ne pulsato ante diem
 Marci Evangelistæ, nec ante horam XXII.
- II. Per decumanam ingressus, extradecumanam ne
 declinato.
- III. In viridario scapum ne confringito, néve florem
 decerpito, ne semen fructumve sustollito, radicem ne ef-
 fodito.
- IV. Stirpem pusillam, succrescentemq; ne attrectato:
 néve areolas conculcato.
- V. Viridarii injuria ne afficiuntor.
- VI. Nihil invito præficto attentato.
- VII. Qui secus saxit, ære, carcere, exsilio mulctator.

AD EREMITANORUM.

Heu pascor á latere.
 Heu lactor ab ubere.
 Positus in medio,
 Quó me vertam nescio.

AD FRANCISCANOS.

MESSIAE HOC EST.

Sum quod eram: nec eram quod sum: nunc dicor utrumq;

ALIBI HOC:

Censum ne superet sumtus.

EPITAPHIUM HECTORIS

Pyrgoteli.

Virtuti æquales annos quia Parca putavit,
Terapuit juvenem, dum putat esse senem.

Pectoro

*Pectore servabas memori crinitus Apollo
Ad medicam quicquid contulit unius operam.
Sed quia temporibus superis neq; subdita virtus;
Hector eris, donec lumina Solis erunt.*

D. M.

Francisci Curtii Ticinensis Juris interpretis. Vixit an-
nos LXX. Jus professus Ticini & Patavii.
Solius temporis honesta avaritia.

A L I U D.

Jo. Baptistæ Amyco Cosentino, qui cū omnes omni-
um liberalium artium disciplinas miro ingenio, solerti
industria, incredibili studio, Latinè, Græcè atq; Hebraicè
feliciter percurrisset; ipso adolescentiæ, suorumque labo-
rum & vigiliarum cursu penè confecto, a sicario ignoto,
literarum, ut putatur, virtutisq; invidia interfectus est. N.
F. amico opt. studioso. omnibus, totaq; civitate Patavina
mœrente, tristiss. P. Anno M. D. XXXVIII.

*Premia quæ referunt aliis, vitamq; perennem
Virtutes: uni huic causa fuerunt necis.*

In imaginem Sirenum canentium.

*Gaudia qui nunquam queris peritura, loquaces
Has fuges, quæ dulci tristia voce parant.*

TUMULUS JACOBI VENETI
Architecti.

Jacobo Veneto, horologii miræ pulcritudinis, cum to-
tius cæli cursu, magistro, æstuariis exhauriendis, flumini-
bus regendis, multum a principe & patribus exhibito,
quem civitas universa faciebat plurimi: viro ingenii ma-
gni rectiq; Jo. Paul. F. Patri B.M.P. M. D. XXXIII.

*Quicquid habes hodie, craste fortasse relinquet,
Aut modò dum loqueris desinet esse tuum.*

IN D. SOPHIAE TUMULUS ELISABETHAE
Bonifæ in partu unâ cum foetu extinctæ.

Insigni probitate jaces fidissima conjux

Elisabetha, mea maxima pars anima.

Mors tulit una duos: te prima parte juvena,

Et nondum natum morte necat puerum.

Quid moror, infelix? cur non es vestra secutus

Fata, cado, eheu bis virg, paterq, miser?

Bonifæus extremum vobis hac munera tristis,

Et pater es conjux reddit Aloysius.

IN AEDE SERVORUM MARIAE.

TUMULUS PAULI DE CASTRO J.C.

Paulus de Castro J. C. disertiss. maximæ authoritatis apud omnes habitus; quod Florentia testatur, cujus jus municipale innovavit, & in ea conjugatus Petræ uxori, Vicariatus officium in spiritualibus Rom. Pont. decreto exercuit, ubi etiam in Bononiensi & Patavino Gymnasii publicè profitendo floruit, æternamque sibi gloriam comparavit, relinquens consiliorum & in Jure volumina plurima edita, quæ inter manus versantur, & ipsius Angelus filius, clarus ingenio, amborum Jurium tenens fastigia, XL. annos Patavii Jura docuit, eoq; Nicolaus Canonicus Paduanus, qui ab his processit, utramque & ipse parentum virtutem adeptus, hoc immortalitatis opus ipsis

Consecravit anno M. CCCC. XCII.

Paulo de Castro avo, & Angelo patri,

Nicolaus suo ære donavit. 1499.

IN D. PETRI.

Wolfgango Schurfio Germano, adolescenti optimo, quem non sine magno dolore suorum, quibus præclaram spem nominis sui excitaverat, mors immatura sustulit: Sebastianus Zottus à Pernegk, studiorum socio, de se B. M.P. Ob. III. non. Sext. Anno 1537.

IN S. MARIÆ.

FRANC. CASSANI MEDICI.

Hic dedit antiquæ quod erat mortale parenti,

Cassanus medica maximus artis honor.

Is Pedemontana tantum decus attulit ora,
 Quantum olim Cois civibus Hippocrates.
 Ecce senescenti inferior, sed magnus Apollo
 Dum timet, heu calo maluit esse parem.
 Conditur hic corpus, terreno carcere, liber
 Spiritus astra colit, fama per ora volat.

Ob. anno M. D. XLI. XX. Octob.

Cassanus liquit corpus mortale sepulcro,
 At laus prestantis non peritura viri est.

IN SANCT. ANTONII.

TUMULUS GABRIELIS FALLOPII
 Mutinensis.

Fallopī hoc tumulo solus non conderis, unā
 Est pariter tecum nostra sepulta domus.

Gabrieli Fallopio Mutinensi, viro omnium doctrinarum, tum præcipue utriusq; Medicinæ laudibus ornatissimo, eidemq; stirpium & Anatomix publica professione clarissimo, Franciscus Fallopius Canonicus Mutinensis, patris ejus patruelis, mcestissimus, pro tempore, posuit. Vixit annos xxxix. Obiit vii. Id. Octob. M. D. LXII.

Ad imaginem P. Bembi.

Petri Bembi Cardinalis imaginem Hieronymus Quirinus Ismerii F. in publico ponendam curavit: ut cujus ingenii monumenta æterna sint, ejus corporis quoque memoria ne a posteris desideretur. Vixit annos 76. m. 7. d. 29. Obiit 15. Kal. Februarii. Anno 1547.

RAPHAELIS FULGOSII JURISCONSULTI.

Fulgosus Raphaël virtutum jaspis, utroq;
 Jure stupor, tantus qui fama, quantus & orbis,
 Scriptis morte vacat, tam parvo clauditur antro.

E I D E M.

Emerita prædigna gerens cognomina laudis
 Fulgosus Raphaël conditur hoc tumulo.
 Consuluit nemo melius, fulsitq; docendo
 Cæsareus Leges, Juraq; Pontificum.

K iij

*Claruit eloquio, quem blanda Placentia forma,
Et genere insignem, mente piúmque, dedit.
Cujus anima in pace quiescat.*

LEONICI THOMAEI.

Leonico Thomæo Veneto, mitioribus in literis, pandendisque; carminibus, ingenio amabili, Philosophiæ veró in studiis, & Academica Peripateticaque; doctrina præstanti. Nam & Aristotelicos libros Græco sermone Patavii primus omnium docuit publicè, scholamque illam á malis Latinis interpretibus inculcatam, perpolivit: & Platonis majestatem nostris hominibus jam propè abditam restituit: multaque præterea scripsit, multa interpretatus est, multos claros viros erudiit. Præter virtutem bonasque artes, tota in vita nullius rei appetens. Vixit autem annos LXXV. m. i. d. XVII.

P. Bembus amico incomparabili P. C. ascripto carmine quod sibi vivus fecerat.

*Nῦν ὄντως ἀδείης καὶ ἀέλπιδος ἑσθὲν πλάκι τῆδε
Ἐπνον ἐκοιμήθην πᾶσιν ὀφειλόμενον.*

ALIUD.

Henrico á Cram, Germano, Saxoni, ex nobili familia, summæ pietatis, raræque; modestiæ adolescenti continentissimo, ingenio humano erga omnes, & præcipuè pauperes liberali, optimarum artium cognitione, & Juris Civilis sciëntia ita instructo, ut suis magno decori esset, Reip. ornamento maximo futurus. Postquam absoluto penè studiorum cursu, in ipso reditu ad suos, acerbissima febre oppressus, animam Deo, corpus terræ, amicis summo sui desiderio relicto, reddidisset; Ascanius frater pientissimus, cum sorore mœstissima posuere. Ob. anno M. D. XLV. Octob. XXI. Vixit annos XX. Procurabant Bartholdus á Mandeslo, Conr. Filius, & Nævius.

*O spes fallaces, cura, vanique, labores!
Omnia mors abolet, anxia vita nihil.
Disce mori, nec te ludat spes vana juventa.
Nam nescis statuunt quem tibi fata diem.*

FOR-

FORMULA DEDICATIONIS ARÆ ANTI-
 qua, prope pontem D. Benedicti, ubi etiam aræ illustrium
 virorum Andrea Naugerii, & Hieronymi Fra-
 castorii imagines conspiciuntur.

L. Ælio Cæsare Imp. P. C. Ælio. P. E. Balbino Vibullio.
 Pio. Coss. VII. Idus Octobres. Cn. Domitius. Valens. II.
 Vir. I. D. Præeunte C. Julio. Severo. Pontific. legem dixit
 in ea verba, quæ infra dicta sunt.

Juppiter Optime Maxime. Quandoq; tibi hodie Aram
 dabo dedicaboq;: ollis legibus, ollisq; regionibus dabo
 dedicaboq;: quas hîc hodie palâm dixero, ut infimum so-
 lum hujus Aræ est, si quis hîc hostia sacrum faxit, quod
 magmentum nec protollat, idcirco tamen probé factum
 esto. C. E. R. A. Leges huic Aræ eadem sunt, quæ aræ Dia-
 næ sunt in Aventino monte dictæ, hisce legibus, hisce re-
 gionibus, sicuti dixi, hanc tibi aram Juppiter opt. max. di-
 co dedicoq;: uti sis volens propitius mihi, collegisq;: meis,
 decurionibus, colonis, incolis Coloniae Martiæ Juliæ Sa-
 lonæ, conjugibus liberisq;: nostris.

IN PORTA OMNIUM SANCTORUM.

M. ANTONIO LAUREDANO
Præfecto.

Hanc antiquissimam urbem, literarum omnium asy-
 lum, cujus agrum fertilitatis sumen natura esse voluit,
 Antenor cōdidit, anno ante Christi adventum C. C. XVIII.
 Senatus autem Venetus his belli propugnaculis ornavit,
 Leonardo Lauredano Duce Venetorum invictissimo, cu-
 jus Principatus varias fortunæ vices fortiter superavit.
 Anno Christi natalis M. D. XVIII.

Ibidem legitur.

Tardiûs Deo videtur veniã peccatori dare, quã pec-
 catori veniam accipere.

AD VIRGINEM MARIAM.

*Nasceris ô cali jubar, ô spes unica mundi,
 Nasceris ut victo damone regnet homo.*

K V

*Tecum omnis pietas, tecum omnis gratia virgo
Est nata, ex te omnis, quam miser opto, salus.
Culpa mea heu magna est, tua major gratia, verè
Dulcis amor, pendes in cruce vita mea.
Ut nasci pro me voluisti conditor orbis;
Orbis ita assertor vis patiendo mori.*

EPITAPHIUM REINERII ARSENDI,
qui fuit Bartoli præceptor.

*Lucia quem genuit Reinerius alma quiescit,
Hoc saxo legalis apex, venerabile numen.
Legibus in mundo, Juris summusq; Monarcha;
Fidum consilium dubiis, rationis amicus.
Hoc pereunte perit legum veneranda potestas:
Virtus strata jacet calo viduata paterno.
Huc huc verte oculos, lacrymas hic funde benigno
Plebs studiosa patri, quia vix, hanc passa ruinam,
Heu tantum seculo damnum relevare futuro
Compos eris, natumq; fleas Arsenda propago.*

AD S. ANTONIUM IN LAPIDE LYDIO.

Hanc Alexandri Contareni Venetæ Classis cum summa potestate fortissimi Legati, Divi Marci procuratoris quem nec venti in periculosissimis Reipub. temporibus retardarunt unquam, & Hariadenus Barbarossa Othomanicæ classis Imperator potentiss. sæpè timuit: tam admirabili artificio ductam effigiem, magni indicem animi, præclarumq; totius maritimæ disciplinæ simulacrû, ut posteritas haberet, quod instar immortalitatis ac gloriæ unicè coleret; nec quicquam Patavino splendore deesset: Petrus & Randolphus frat. op. p. Vixit an. LXXII. dies VIII. Obiit Kal. April. M. D. LIII.

IBIDEM.

Francisco Robortello Utinensi, Rhetoricæ artis moralisq; Philosophiæ Professore clarissimo, qui in florentissimis quibusq; Italiæ Gymnasiis magna famæ celebritate triginta totos annos publicè docuit: Natio Germanicæ præceptor bene merito, in perpetuam grati animi memoria

moriam unanimis P. Vixit annos L. menses VI. dies IX.

Obiit xv. Kal. April. M. D. LXXII.

Consiliario Carolo Frolich á Frolichsberg.
Procuratoribus Georgio Rotmairo, &
Hugone Jacobi Roteidamo.

D. O. M.

Nobilissimo Juveni Alexandro Tertio Bergomati, sum-
mæ in Deum pietatis, Legumq; ac cæterarum virtutum
omnium studiosissimo, mira sui expectatione relicta: Lu-
dovicus Tertius Jureconsultus, ac Ludovica Tertia mœ-
stissimi parentes posuerunt. Vixit annos XXIII. menses
V. & dies III. sanctissimè obiit in Domini DEI Jesu in-
vocatione, XXIV. Martii, hora XXII. M. D. LXX. ea fuit
sacra dies Dominicæ passionis.

A L I U D.

HIERONYMO LOSETTO Bergomensis, quem re-
pentè ornatum Doctoris insignibus mors invida eripuit,
ne optimo Juvenis ingenio, arte medica sibi obsisteret.
Joh. Bapt. pater mœstiss. P.

Vixit annos XXVIII. m. i. d. VIII.
Obiit ann. M. D. LXXII.

D. O. M.

Anton. Bona Nob. Ragusin. cùm per aliquot annos in
celeberrimis Italiæ Gymnasiis, Philosophiæ maxima ci-
vium suorum spe operam dedisset; fortunæ, corporis &
animi dotibus ornatissimus, atq; unicum matris solati-
um, morte immatura sublatu est. prid. Id. Maji. M. D.
LVIII. annos natus XXI. menses IX. dies XIX.

A L I U D.

Illustri & probatiss. Juveni Alopsio Vici Comiti, cùm
propediem multis ac magnis virtuti suæ ac studiis debitis
honoribus decorandus honestandusque videretur; præ-
matura morte surrepto, Joan. Gaspar pater mœrens P.
Obiit anno ætatis suæ XXIII. VII. Cal. April. M. D. LXIII.

S. D. G.

Non sum Ulysses Venturius, sed fui, & ero. Nec Senæ amplius, nec Roma, sed cælum patria est. Eques fui D. Pauli, in equitem nunc Christi commutatus. Quos non conspecturus in terris dereliqui mœstissimos, expectabo conspecturus in cælis lætissimos. Jure Cæsareo supra ætatem fui ornatissimus: cupiensq; ejus scrutari originem; ad naturam accessi, primamq; ejus implevi legem: Orta moriantur: idq; feci: Anno sal. M. D. LXX. ætatis verò XXIII.

D. O. M.

Philippus de Gregoriis Siculus, claro inter Messanen- ses genere natus, U. J. D. juvenis egregia doctrina, summa suavitate morum, omnibus naturæ fortunæq; bonis cumulatissimus hîc situs est. Qui cum a præstantissime utriusq; laudis fastigio ob divinum, quo pollebat, ingenium, proximè abesset, fati importunitate omnibus lugentibus, ætate florente sublatus. Vixit annos XXIX. menses III. dies V.

D. O. M.

Janua gloriæ virtus est; per hanc ingressus Jo. Paulus Conradus ætate adolescens; morum integritate & studiorum maturitate senex, citò eam assecutus est. Propterea Talleacotio sui generis patria derelicto, Patavium studiorum sibi similiam patriam attingens, in eoq; impurum, non nisi purum repetiturus, exuens, in patriam æternæ gloriæ evolavit. Præcox ingenium præcoccia cuncta sunt subsecuta. Diuturniorem tamē hanc in terris memoriam fieri M. Propertius mœstissimus curavit. Sexto Kal. Octobr. hora XXI. satisfecit naturæ M. D. LXX.

D. O. M.

Alexandro Sirenæ Fulginati generis nobilitate & morum elegantia ac probitate ornatissimo, aliarumq; bonarum artium, ac potissimum Latinæ Hetruscæq; Poeticæ peritiss.

peritissimo. cum quo totius Sirenæ familiæ, cujus unicū
erat germen, spes omnis extincta est. Baptista Sirena, &
Columna Pontana parentes inæstiff. turbato heu naturæ
ordine filio optimo & dulcissimo P. C. Vixit annos xxv.
menses v. dies xxiv. Obiit III. non. Febr. M. D. LXXIV.

Lactantius Brunas & Jo. Bapt.
Elmus procurabant.

IN FRANCISCI.

D. O. M.

Erasmo á Kretchovv, Polono Palatinidæ Brzestén. Ca-
stellano Gnesnen. Pisdren. &c. Qui ann. ætatis suæ quin-
quag. obiit Patavii, die Maji XVI. M. D. LXXIX. Amici P. P.

Hic te Cretcorum mors & tua fata manebant;

*Cum terras omnes, & cum maria omnia circum
Lustrares, nullo defessus membra labore.*

Te rapidus Ganges, gelidæq; Borysthenis unda,

Te Tagus & Rhenus, te ripa binominis Istri,

Et septemgemini noverunt ostia Nili.

Nunc concessisti magnum visurus Olympum,

Æthereasq; domos, ubi Diis immistus inanes

Et curas, & spes hominum, lamentaq; rides.

Et hoc de consensu nobilium de Lanza-
rotis, & ex eorum liberalitate.

IBIDEM.

Lazaro Bonamico Bassanensi, in quo uno totius anti-
quitatis memoriam, eruditionem, judicium & eloquen-
tiam sibi redditam putans Europa, per annos xx. & i. Pa-
tavii admirata est. Catharina conjunx, & Lucretia senis
animula, benemerenti posuere. Vixit annos LXXIII.
Obiit III. Id. Febr. M. D. LII.

APUD EREMITANOS, UBI GERMA-
nicæ nationis sepulcretum.

Ne plores hinc amissos Germania natos,

Tempore quemq; suo fata locusq; manent.

Felices, ne conspiciant incendia mundi,

Ante mori summum qui potuere diem.

*Cum nutante breviculum dabit axeruinam:
Et tandem falsum non sinet esse Deum.*

Anno Domini M. D. LXI.
Consiliario Nicolao Ribeysen. Procura-
toribus Melchiore Haintzel, & Ca-
rolo Bambergo.

A D FRANCISCI.

Hieronymo Cagnolo Vercellenfi, viro optimo, & in Ju-
ris Civilis scientia inter nostræ ætatis doctores eminenti-
tiff. & propterea Taurini primum, deinde Patavii, majore
stipendio quam quisquam alius Jus Civile magna cum
laude atque omnium admiratione professus, nob. gen. ill.
Ducis Subaudiæ munere Senatorio & Equestri dignitate
perfuncto: fil. summa erga talem patrē pietate hoc mon.
pos. Vix. ann. LX. Obiit Kal. Februarii M. D. LXI.

A L I U D.

Zacharias Delphin. præfectus Ci. pat. bello laboranti,
in ipso hostium concursu animi magnitudine adductus,
magistratum alacriter ingressus: mox accedens collega Pe-
trus Balbi, cunctæ civitati velut duo lumina fulserunt:
sub eorumq; accuratissima administratione, discussis &
feliciter fugatis tenebris, quibus urbs premebatur, con-
fœderati exercitus Pontificis, Imperatoris, regis Gallo-
rum & Hispanorum civitas acerrima obsidione liberata
est. M. D. LX.

A L I U D.

Petrus Aponus Pat. Philosophiæ Medicinæq; scientifi-
simus, ob idq; conciliatoris nomen adeptus: astrologiæ
verò adeo peritus, ut in magiæ suspensionem inciderit, fal-
soq; de hæresi postulatus, absolutus fuerit.

A L I U D.

Albertus Pata. Eremitanæ religionis splendor, conti-
nentiff. vitæ, summa Parisiis infula magistrali, in Theo-
logia tantum profecit & profuit, ut Paulū, Mosen, Evan-
gelia, ac libros sententiarum laudatissimè exposuerit: fa-
cundif.

cundissimus ea ætate concionator. immortalis memoriam
optimo jure datur.

ALIUD AD S. ANTONII.

*Dux bello insignis, dux & victricibus armis
Inclutus, atq; animis Gattamelata fui.
Narnia me genuit, media de gente, meoq;
Imperio Venetum sceptrum superba tuli.
Munere me digno & statua decoravit equestri
Ordo senatorum, nostraq; pura fides.*

Ibidem.

ALVAROTORUM MONUMENTUM.

Amice qui istac transis, etsi properas, lapis hic te rogat,
ut paulisper inhæreas, & hæc scripta legas. Hac in Basilica
beati Joan. Baptistæ sunt Jacobi Alvaroti insita ossa. qui
dum vixit suo studio & doctrina post susceptas doctrina-
les infulas, cõmentarios utiles, cū Repertorio, in Jus Feu-
dale formavit, eosq; venerandæ Universitati Juristarū do-
navit. Volui ut ista non ignores, & pro anima ipsius ores.

⊙.18. Julii M. CCCC. LIII.

IBIDEM.

*Hoc Aicardinus situs Alvarotus in antro,
Ingentes meritis tam brevis urna capit.*

Hos fratres ex utroque parente nobiles, genere de Al-
varotis, ambos dd. & qui Jus C. in b. studio, gloria ingenti
docuerunt, ut idem quondam venter, ita unus nunc tu-
mulus habet.

ALIUD.

Marino Zabarellæ summo J.C. maximeq; memoran-
do, & ob id indigno cujus sepulcrum tam diu malè negle-
ctum ignoraretur, grata agnatorum posteritas H. M. B. M.
restituit. ⊙.1427.

AD S. SOPHIAE.

Andræ Taurello Fanensi, patre Lælio J.C. matre Lia
Marcolina Fanensibus, qui dum Patavii honesto studio

operam navat; ab amico clam hoste, nulla causa interemptus est, annum agens XXI. m. II. d. 27. fratri frater mortuiss. P.C.

AD S. JUSTINAM.

Nihil dulcius bene impensi temporis memoria.

Sub Meleagro moriente.

*Nuper victor apri, moriturus stipite tantum
Igne dato, en, pereo, matre jubente, focum.*

Mater Coriolani venit in castra filii, dicens: Sine, priusquam complexum accipiam, sciam an ad hostem, an ad filium; captiva matérne in castris tuis sim?

Sub Cleopatra admovente uberibus aspidem:

Delicias Cleopatra tuas ferus abstulit aspis.

Patientia est ornamentum, custodia & protectio vitæ.

Et ultorem ultus est David, & ulti mortem lacrymatus est David.

Sapientior est, qui quod novit abscondit, quam qui propalat quod nescit.

Blatta sua sponte lumini involando comburitur. *additur hoc scriptum: Non secus a tactu muliebri corda virorum.*

IN INGRESSU EJUSDEM MONASTERII

*legitur hæc sententia Bernardi, in appensa
parieti tabula:*

Bonum est nos hîc esse, quia homo vivit purius, cadit rariùs, surgit velociùs, incedit cautiùs, quiescit securiùs, moritur feliciùs, purgatur citiùs, & præmiatur copiosiùs.

PATAVINA.

161

IN S. LUCIAE.

Lucida lucenti lucefcis Lucia luce.

Mens mea lucefcatur Lucia luce tua.

EPITAPHIUM SCIPIONIS.

[*Scipionis Africani fe pulcrū & ftatua olim Linterni in Campania fuiffe dicuntur, cujus rei nulla ibidem jam funt veftigia, nifi quod Epitaphium adhuc celebre eſt, quod Patavii in domo Pratoris ſub ejusdem imagine legitur:*]

Devicto Hannibale, capta Carthagine, & aucto

Imperio, hos cineres marmore tectus habes.

Cui non Europe, non obſtitit Africa quondam.

Reſpice res hominum, quam brevis urna premit!

IN EREMITARUM.

D. O. M.

Theodoro Moller, nobili Germano, ex Gambriyiis oriundo. Qui ſumma ingenii felicitate, doctrinarum orbe ante annos abſoluto, cum Jurisprudentiæ ſacris initiatus, magna Germaniæ & Galliæ parte peragrata, excellentis doctrinæ & ſingularis judicii rectitudine, viros principes in ſui amorem & benevolentiam certatim adduxiſſet; in Italiam profectus, dum indefeſſo conatu ſtudiorum metam conſequi properat, immatura morte præventus, ingenti patriæ, familiæ & amicis ſui deſiderio relicto, feliciter decedit. JOACHIMUS J. C. EBERHARDUS Reip. Gambr. Coſ. Henricus D. & Johannes V V. Ampliſſ. F. R. S. Germani, deſideratiſſ. F. R. I. hoc amoris & pietatis extremum officium exoluerunt. Vixit ann. XXIX. m. II. d. XXIV. Moritur an. noviff. temp. M. DC. LXXIV. Conſobri- no S. B. merito Eberhard. Tyveſtreng. procur. M. DC. LXXV.

PETRO BAROTIO

Bellunenſi, primū Antiftiti, Pontifici dein Patavino, ſanctimonix, pietatis, eruditionis, beneficentiæ incomparabilis, Senat. Venet. M. H. F. curavit.

Is Barotius cum pertinaciter urgeretur ad condendum teſtamentum tale condidit:

L

Ego Petrus Barotius Episc. Patavinus, relinquo animam
meam Deo: corpus terræ: facultates verò quascunque
possidebam, si quæ restant, relinquo, quibus de jure de-
bentur.

Rolando & Aycardæ indolis optimæ, Rolandinus Pla-
ciola, filiis sarcophagum.

*Præter amare Deum, cum cætera deleat ætas;
Hic sere, quod plena postmodo falce metas.*

MARCI GRYBBIAE.

*Si vel nobilitas, vel opes, probitasve, fidesve,
Prima vel immunis morte juventa foret;
Qui jacet hic longos superesset Nestoris annos,
Conditus angusta Grybbia Marcus humo.
Sed quod cuncta rapit nulli evitabile fatum,
Si tuus es hodie, cras meus, inquit, eris.*

JACOBO ROSEO

Theologo Minoritæ, patria Dandaco, natione Siculo, ani-
mi candore, Christianæ religionis studio, morum inte-
gritate, doctrina, prudentia, & charitate insigni; qui va-
riis laboribus, ærumnis, & morbis in Concilio Tridenti-
no confectus, hinc tandem, quod semper optaverat, obdor-
mivit in Domino. Cornelius Mussus Placentinus, Epi-
scopus Bitontinus, illi uni proximè & secundum Deum,
virtutes, honores, fortunas, omniaq; deniq; accepta refe-
rens, tanquam patri de se optimè merito, perpetuum san-
ctissimæ educationis monumentum posuit.

*Mortali optasset tecum Cornelius unâ
Carcerè ad atherias Rosa redire domos:
Non licuit, quando ergo tibi summa omnia debet,
Formasti enixu quem pater ipse pio.
Cum nunquam posset meritas tibi reddere grates,
Virtutis tantæ tempus in omne memor:
Hunc tumulum extruxit, morientem flevit, acerbum
Vulnus adhuc animo nocte dieq; gerit.*

Vix. ann. LXXV. m. x. Obiit anno Domini M. D. XLVIIII
Calend. Junii.

JOAN

JOAN. LUDOVIC. GREMPIO

á Freudenstein Germano, eximia virtutis & nobilitatis,
nec non singularis eruditionis juveni, qui cum Alsatia
patria sua dulcissima relicta, præcipuas feré totius Gallia
Italiaeque; urbes perlustrasset; ardentissima tandem febre in
itinere correptus, hinc Patavii in fata concessit. Vixit ann.
xxiv. Obiit M. D. LXXVIII. Ludovic. Grempp. pater J. U.
D. filio unico & longé cariss. M. P. C.

PIERIO VALERIANO

Bellunensi, Poëtae, Rhetorique; amplissimo, cujus pia um-
bra non pœnitendum hinc tumultum sortita est. Nam ut
optabilis in patria, ita speciosus Patavii supremi officii
decus fato amissum, virtute recuperavit. Petrus Carra-
rius, ac Joannes Baptista Rota, Patavini, unanimes, grato
hospiti pos.

Pieridas dum Pierius sectatur, & Orci

Nil timet insidias, hunc fera mors rapuit.

Illam necem, aeterna ostentant haec munera vita,

Hinc medius vita Pieriusque, neci.

Abstulit hac annos tristes: at præmia laudum

Atque animam haec servant, invida mors moritur.

IN BASILICA D. JOANNIS

Præcursoris in viridario.

LAZARI BONAMICI.

Quantum ager Arpinas Ciceroni, atque incluta quantum

Palladis urbs debet Socratis ingenio:

Bassani & Patavi debent tibi mœnia tantum

Lazare, quando illis unus utrumque, refers.

Lazari Bonamici, Catharinaeque; uxoris cariss. in secun-
dum Redemptoris adventum quietis sedes. D. H. M. D. M.
A. Obiit M. D. LII. ætat. LXX.

FRANCISCO CURTIO

Ticinensi, solius temporis honesta avaritia extincto, vix.
annos LXX. Jus professus Patavii & Ticini.

L ij

PATAVINA.
DUORUM JUVENUM GALLI
& Poloni.

*Siste, legas juvenum crudelia fata duorum,
Alter aqua periit turpiter, alter equo.*

M. D. XXXIX.

ALIUD.

M. Mantua Benavid. Patavinus J. C. Joan. Petri filius ex
præsentibus futura prospiciens præter cætera monumen-
tum hoc S. V. P. C. mense Majo M. D. XLVI.

IN CATHEDRALI.

Francisco Zabarellæ Florentiæ Archiepiscopo, viro o-
ptimo: urbi atq; orbi gratissimo; divini humaniq; Juris
interpreti præstantissimo; in Cardinalium Collegium, ob
summam sapientiam cooptato: ac eorundem animis Pon-
tifici propè Max. Joan. XXIII. ejus Senatu abdicato, ante
Martinum V. ob singularem probitatem, in Constantien.
Concilio destinato: Joannes Jacobi viri clarissimi filius
id monimenti ponendum curavit. Vixit annos 78. Obiit
Constantiæ anno 1417.

ISABETHAE BONFIAE.

*Insigni probitate jaces fidissima conjux
Isabeta, mea maxima pars anima.
Mors tulit una duos; te prima parte juventa,
Et nondum natum ventre necat puerum.
Quid moror, infelix? cur non es vestra secutus
Fata, cado? eheu bis virq; paterq; miser.
Bonfius extremum vobis hac munera tristis
Et pater, & conjux, reddit Aloysius.*

CASSANI MEDICI.

*Hic dedit antiqua quod erat mortale parenti
Cassanus medica maximus artis honos.
Is Pedemontana tantum decus attulit ora,
Quantum olim Cois civibus Hippocrates.
Ecce senescenti inferior, sed magnus Apollo
Dum timet, heu calo maluit esse parem.*

Condi.

*Conditur hic corpus, terreno carcere liber
Spiritus astra colit, fama per ora volat.*

M. D. XLI. die Octob. xx.

Portitori Plutoni, & Proserpinæ hanc Julia C.F. Maxima felix domini tormentum. Salve animula dulcis, animula suavvis, animula in deorum numerum recepta, unde tale, quando tale, & cui tale? Vix. an. LIX. mens. VI. dies XII. hora noct. IX. T. Scibonius Barbula conjugii incomparabili benem. P.C.

A L I U D.

Nicolaus Catarus vir optimus, in amicos officiosissimus, rei bellicæ ita peritus, ut exemplū desit, & in Remp. Venetam adeo fidelis, ut parem fortassis aliquem, superiorem verò habuerit neminem. Is Veneto Senatui, sub cuius imperio per XL. annos militavit, adeo carus fuit, ut nec pace, nec bello ab expeditione unquam vacuus fuerit: & ubi majus periculum instaret, ibi fuit præsidio: Cùm summis militaribus honorib⁹ functus esset, obiit à Christi natali die M. D. XL. ætatis autem suæ LXXVII.

Brixia oppido

Hujus cineres, & ossa hunc in locum ab Antonio filio Jureconsulto relata.

S U P R A F O R E S P R A E T O R I I.

*Dant Bernarde tibi duo munera Teutones; illud
Quod patet è saxo, quod latet ex animo est.
Mors veniet saxis. animis haud. ergo fatiscat
Hæc nota, mens semper grata superstes erit.*

Germanica natio anno

M. D. LXXXIV. p.

Maximum malorum est, si vitam diligit is, qui vita dignum nescit aliquid agere.

INSCRIPTIONES ARCUUM
TRIUMPHALIIUM.

In ingressu arcus.

Mariæ Austriae Rom. Imper. Piæ, Aug. Divûm Imppp.
Caroli v. filiæ, Ferdinandi I. nurui, Maximil. I. I. conjugii,
Sen. Ven. majestatis ergó.

In exitu.

Mariæ Rom. Imp. Piæ Aug. Rudolphi II. Imp. matri,
Philippi II. Hispan. Omn. Siciliarum, Algar. Indiar. Max.
Regis forori, Sen. Ven. honoris ac dilectionis ergó.

In prima facie secundi arcus.

Sublimi Regum & Imperatorum natæ, forori, nurui,
conjugii & parenti, Præsidentes Divi Antonii exiguis viri-
bus hæc humilia erexere trophæa.

In secunda facie.

Exultat Divus Antonius adventu serenissimi luminis
in urbem hanc, mox Hispaniam suam patriam illustratu-
ris & sui gaudii hæc externa edit signa.

In prima fronte tertii arcus.

Mariæ Austriae, reginæ piæ, Catholicæ, Imperatrici
semper Augustæ, Respub. Ven. probitatis ac amplitudi-
nis causa.

In posteriore parte.

Reginæ Christianissimæ Imp. Regum Imperator: lon-
go & perpetuo ordine filiæ, nepti, nurui, conjugii, matri,
forori, Respub. Ven. religionis ac dignitatis causa.

IN VICINIA PATAVII.

*In pago Arquato non ita procul ab urbe Patavio, visitur in
coemeterio Francisci Petrarca sepulcrum marmoreum, qua-
tuor columnis sustentatum, & superius ejusdem imago
ex ære, cui inferius hæc sunt inscripta:*

Fr. Petr. Paul. Valdezucus Pat. poematum ejus admi-
rat. æd. agrorum possessor, hanc effigiem P. anno M. D.
XLVII. Idib. Septemb. Manfredino Comite Vicario.

Ejusdem

Ejusdem

EPITAPHIUM.

Viro insigni Francisco Petrarchæ, Poëtæ Laureato,
Francisculus de Borsano Mediolanensis gener, individua
conversatione, amore, propinquitate & successione, Me-
moriam.

Inferiùs hi versus tres marmori incisi:

Frigida Francisci lapis hic tenet ossa Petrarchæ.

Suscipe virgo parens animam, fate virgine parce.

Fessaq; jam terris cali requiescat in arce.

Moriturando M. CCC. LXXIV. XIX. Julii.

IBIDEM.

Danti Aldigerio, Francisco Petrarchæ, & Joanni Bocca-
tio, viris ingenio, eloquentiaq; clarissimis, Italicæ linguæ
parentibus, ut quorum corpora mors & fortuna sejunxe-
rat, nomina saltem simul collecta permanerent: Johan-
nes Bfevius Canonicus Cenetensis, hujus Basilicę Rector,
in sui erga eos amoris observantiæque testimonium po-
suit. M. D. XXIV.

Ibidem in aditu horti.

Impunè hinc Cererem sumas, impunè Lyæum.

Intactas habeat dum mea laurus opes.

Inscriptio fontis, ibidem.

Fonti nomen inest, hospes venerare liquorem,

Unde bibens cecinit digna Petrarcha Deis.

MONTERTONAE NON PROCUL
á thermis Aponensibus.

Tristis eram, longo tenuit me Gallia bello,

Nulla erat in medico spes neq; multa Deo.

Corripuit custos audacter me meus. heus tu

Consule te, & mentem volve nefande tuam.

Virgo tuis poterit succurrere maxima votis.

Cur dubitas teneras solvere dure preces?

L. iiij

*Filia, sponsa patris, mater spes unica nostra,
Oranti priscam restituet faciem.
Tunc ego singultu & lacrymis pia vota resolvi.
Suscepit voces dirva Virago meas.
Latus ago ingentes pro tanto munere grates
Virgo tibi, vita sola medela mea.*



BONONIENSIA.
IN BONONIAM J. CÆSAR
SCALIGER.

Post diras rerum clades, Fatiq; superba
Imperia, & Martis qua fera iussa tuli,
Hic primum meq; atq; alios cognoscere ceppi:
Deposuiq; animi barbaras sceptras mali;
Et didici, quam non fueram, quam deinde futurus:
Quem bona abortivum sic tuerere parens.
Qua causas, qua cunctarum primordia rerum,
Qua divini operis prima elementa doces.
Caelestesq; plagas, & sancta commoda vita,
Et si qua e numeris nata figura latet.
Cum reliquas superes divinis legibus urbes:
Non sulci omnigeno germine cedit honos.
Arma viris connata: animus conterminus astris:
Atq; ardens vita stat melioris amor.
Si cives dederas, si magna Hetruria leges:
Accipe, qua possis dicere: reddo libens.

INSCRIPTIONES
BONONIENSES.

EPITOME PRIVILEGII THEODOSII
*Imp. in templis D.D. Petronii & Dominici
lapidi incisa.*

Ne bonæ artes, cunctaq; disciplinarum dogmata de-
pereant; cum mores, sanitas, iudicia, cæteraque id genus
optimis

optimis doctrinis gubernentur: nos THEODOSIUS Dei gratia Rom. Imp. Augustus, commoditate & fertilitate loci capri, v. ac xx. mensium pensitato consilio, indignitatis nostræ solio sedentes, generali Christianorum convocato concilio, summo Pontifice Cælestino, Cardinalibus xii, Archiepiscopis Episcopisq; innumeris, aliisq; in variis dignitatibus constitutis Principibus ac Ducibus Christianis, Balduino quoq; Flandren. ac Gualterio Pictavien. Comitibus legatis, quorū alter Ludovici Franciæ, alter Philippi Angliæ regum, illis arduis negotiis additis vicem gessere, sedente etiam centum Senatorum collegio, BONONIAM omnium scientiarum fontem, arcanorum nostrorum armarium, perennem studii sedem fore, hac inviolabili indulgentia decernimus; volentes insuper, ut omnes sententiæ, a iudicibus, qui in alma hac civitate per quinquennium saltem non studuerint, latæ, nullæ penitus existant: & si quis ad magistratus promotus dignitatem, ab alio quàm ab Archidiacono Bononiensi librum magistralem susceperit; quanquam id quarumlibet facultatū periti præstiterint, approbaverintq; eum auctoritate nostra omni dignitate privamus. Si quis verò Scholasticos ad studium hoc euntes abeuntesve ausu temerario offenderit; capite puniatur. Hoc ni Præses exequatur, eadem illum pœna affici jubemus. Hujus autem sacræ constitutionis exemplar, Bullâ aureâ majestatis nostræ munitum, manuq; Ciceronis curiæ nostræ notarii scriptum, ad perpetuam rei memoriam, Petronio Episcopo Bononiensi, ex Cæsarum Constantinopolitanorum sanguine orto, idem summis precibus efflagitanti ac procuranti, gubernandum, custodiendum, omnibusq; viribus exequendum tradimus ac concedimus. Romæ in Capitolio, Anno Dominicæ nativitatis cccc. xxiii. die ix. Maji.

*Joan. Franciscus Aldrovandus VII. Dictator
are pub. P. 1510. prid. Kal. Martii.*

IN ALIA TABULA AENEA.

CHRISTO OPT. MAX.

Viator, quisquis es, siste gradum, & quod scriptum est

L V

perlege: ubi perlegeris; pensita. Hoc is cuius causa scriptū est, fieri rogat.

Orto inter Bononienses & Mutinensis bello, Cæsar Fridericus I I. Rom. Imp. filium Hentium Sardinia ac Gallia insularū regem, Mutinensibus suppetias ferre mandavit, qui inito apud D. Ambrosii pontem certamine, a Bononiensibus capitur, nullaq; re, ut dimittatur, impetrat, cum pater minis, dein precibus & precio deprecatoribus uteretur; cum tantum auri proredimendo filio polliceretur, quantum ad mœnia Bononiae circulo aureo cingenda sufficeret; sic captivus XXI. annos, menses IX. dies XVI. tenetur, aliturq; regio more, publica Bononiensium impensa. sic defunctus magnificentiss. ac pientiss. funeratus hic tumulatur. Præterea simulacrum hoc in perpetuum, & hosti, & captivo monumentum S. P. Q. B. posuit. Anno salut. M. C. C. LXXII. II. Id. Martii. Hoc volebam ut scires. abi & vale.

Positum ære pub. Joan. Francisco Aldrovando Dictatore.

MONUMENTUM GRATIANI
Decretalium compilatoris.

Gratiani Clusini Cæsarei Juris & Pontificii enucleatoris propè divini, qui Monachus in Martyrū Felicis & Naboris eide absolutiss. ibidem opus Decretorum, anno gratia M. C. LI. compilavit, monumentum, quod illic carie obsorduerat, hic magnificentius renovatū est. Joan. Franciscus Aldrovandus Bononiensis IIII. Dictator ære publico instauravit. Anno salut. 1498. Idib. Junii, Johanne Bentivolo II. P. P. Remp. feliciter gubernante.

IN S. FRANCISCI.

*Franciscus jacet hoc Gifelerus marmore, cuius
Nulla unquam in sanctis lis periit manibus.
Perdidit hanc unam tantum, quam ferrea movit
Atropos. aſt extra lis fuit ista forum.*

TUMULUS SALICETI J. C.

*Hoc tumulo legalis apex, dulcissimus ore,
Et patria lux alma sua, pietatis amator.*

Justitius

*Iustitiâq; sacra clypeus, baculusq; cadentum,
Qui juvenis multoq; etiam venerabilis ævo
Edocuit, superavit eum nec pœna laboris
Scribendo & pariter Juris nucleando tenebras,
De Saliceto requiescit Bartholemaus.*

Ob.an.1412. die 25. mens. Decembris.

AD S. GERVASII.

TUMULUS AZONIS J.C.

Azoni Jurisconsultorum numini, Anno gratiæ M.CC. hic tumulato, in sepulcro vetustate collapsio, ac inter rudera vix agnito, Joan. Franciscus Aldrovandus Dictator & Cos. Bononiensis, pub. impensa concivi suo B.M. memoriam posuit. Anno sal. 1496. v. Id. Octob.

IN PALATIO BONONIENSI.

CLEMENTIS VII. PONTIF. MAX. ET CAROLI
V. Cæs. Imp. unanimitas, stabile firmamentum.

Clemens VII. P.M. ut Christianæ Reip. statū reformaret, cum Carolo v. Cæs. Imp. Bononiæ congressus est. In hanc urbem Cæsar non. Novemb. anno Christi 1529. introiit, pro templi foribus, de more, Pontificem M. adoravit: ejus authoritate & consilio, cum restituto in avitum regnum Francisco Sfortia, ac Venetis pace data, cunctæ Italiæ otium ac tranquillitatem diu optatam reddidisset, Imperii coronâ hoc pompæ ordine accepit. Fenestra hæc ad dextrâ fuit porta prætorialia, ea ingressus Cæsar per pontem sublicium, in ædem D. Petronii deductus, sacris ritè peractis, à Pont. Max. auream coronam, & Imperii cætera insignia accepit. Inde cum eo triumphans, exercitu ornatissimo præeunte, urbem perlustravit, cum ambo in eodem prætorio, totam hyemem conjunctissimè de summa rerum deliberantes, egissent. Cæsar post suum adventum mense v. in Germaniam, ad tumultus impiorum civium sedandos, & bellum Turcicum cum Ferdinando fratre Pannoniæ rege apparandum, profectus est. Hujus rei monumentum hoc, Innocentio Cibo Cardinale legato auctore, Uberto Gambarâ urbis præfecto, referente S. P. Q. B. extare voluit. Non. Novemb. 1530.

IN MONASTRIO D. VICTORIS
extra urbem.

UGOLINI ANTIQUI LL. GLOSS.
Epitaphium.

Transiit ut vivat mundana legis alumnus,
Mors sit ei requies, ultima vita DEUS.
Urbis honor, mundi speculum, jacet hic Ugolinus;
Spiritus astra tenet, corpora signat humus.
Cui fortuna manum revocans concessa tetendit,
Cui lex uberius ubera plena dedit.
Mens legum cecidit, reliqui latitant Pharisai,
Christus qui novit parcere, parcat ei.
Mens respondebat veraci consona lingua,
Et par affectus cordis & oris erat.
Fraudis, nequitia, livoris & ambitionis
Inter concives unicus hostis erat.
Mors voluit mundum sub certa lege teneri.
Nam cinis est hodie, qui fuit ignis heri.

AN. DR. M. C. LXVIII.

Extra portam S. Mariæ Annunciatae.

Si tibi pulchra domus, si splendida mensa; quid inde?
Si species auri, argenti quoque massa; quid inde?
Si tibi sponsa decens, si sit generosa; quid inde?
Si tibi sint nati, si pradia magna; quid inde?
Si fueris pulcher, fortis, divesve; quid inde?
Si longus servorum inserviat ordo; quid inde?
Si doceas alios in qualibet arte; quid inde?
Si farveat mundus, si prospera cuncta; quid inde?
Si Prior, aut Abbas, si Rex, si Papa; quid inde?
Si rota fortunæ te tollat ad astra; quid inde?
Annos si felix regnes per mille; quid inde?
Tam citò, tam citò prætereunt hæc, ut nihil inde.
Sola manet virtus, qua glorificabimur inde.
Ergo DEO servi, quia tot tibi provenit inde,
Quot fecisse voles in tempore quo morieris;
Hoc facias juvenis, dum corpore sanus haberis.

AD

AD DOMINICI.

Tu quicumq; sagax veterum monumenta revolvis,
 Te si forte mei nominis ardor habet;
 Hac lege: Janus eram dictus cognomine Volsus,
 Arctooq; meum claruit orbe genus.
 Limpergo fueram, quod Chiron justus Achilli,
 Et quod Pellao Stagiritanus erat.
 Ad Romam admissa dum forte piacula labis
 Accepturus eo, contegor hoc tumulo.

Georg. Limperger, Dei gratia Episcopus Bambergensis, Joanni Voltz præceptori suo hoc sepulcrum posuit.

AD PETRI.

Viator si cupis scire qui sim? Johannes Plateus Civilis Pontificiiq; Juris cultor & scriptor. Monumentum enim vetustate corruptum destructumque, renovatum decreto Cardinalis Juliani Reveren. Bonon. Episcopi ac Principis, virtutum bonorumq; virorum fautoris, cui Bononia patria debet permaxima. Concives mei rogatos vos volo, ut pacem habeatis: Deum timete, dateq; illi honorem, justitiam colentes, adversa prospera tolerate, & bene erit.

Procurante Francisco Guidi Zono Cardinalis familiari, An. sæl. 1502. 13. Cal. Feb.

D. M.

Ælia Lælia Crispis, nec vir, nec mulier, nec androgyna, nec puella, nec juvenis, nec anus, nec casta, nec meretrix, nec pudica, sed omnia. Sublata neq; fame, neque ferro, neq; veneno, nec igne, nec peste, sed omnibus. Nec cælo, nec aquis, nec terris, sed ubique jacet. Lucius Agatho Priscius, nec maritus, nec amator, neq; necessarius, neq; mœrens, neq; gaudens, neq; flens, hanc nec molem, nec pyramidem, neque sepulcrum, sed omnia scit, & nescit cui posuerit.

Hoc est sepulcrum intus cadaver non habens: hoc est cadaver extra sepulcrum non habens. Sed cadaver idem est, & sepulcrum sibi.

[NB. In hoc Epitaphium commentarios scripserunt Joan. Turius Brugensis & Ricardus Vitus, editos Patavii apud Laur. Pasquatam.]

EPITAPHIUM JO. BRANDI
Hildesienfis.

*Calum animam Brandi, nomen Germania servat,
Quod mortale fuit conditur hoc tumulo.*

IN COLLEGIO.

J. Cæs. Arantio Bonon. Philosopho & Med. erudito: qui hum. corp. anatomen maximo studiorum concursu & plausu primus post exæd. aca. publicè est professus.

IN PROCULI GASPARIS CONTARENI.

*Contarene tuo docuisti Magne libello,
Extinctis animas vivere corporibus.
Ergo jure tui vivunt monimenta libelli,
Et vivent seclis innumerabilibus.*

IN COENOBIO S. DOMINICI, HIERONYMI
Boraginei Lubecensis, Physici Germani,
ad lectorem querela.

*Me Lubeca tulit, docuit Germania linguas,
Ad studia huc missum mors truculenta rapit,
Non ferrum, non ulla Venus, Bacchusq; peremit,
Sed studii nimius proh dolor hausit amor.
Nam dum Phœbe tuas & struis solibus herbas
Persequor, invasi pectora sava febris.
Jam ter fortè novem, studio qua vita peracta est,
Annos attigeram, cum rapit hora nocens:
Ah tua, qui fueras medicus, vestigia frustra
Insequor, ô genitor, cum necer ante diem,
O patria, ô germana vale soror una relicta,
Qua fueras: hac me mors tumulavit humo.*

An. sal. M. D. XXXV. d. 27. Aug.

D. O. M.

Thomæ Clavicino Gammaro, Canonico ad S. Petro-
mium,

nium, summa virtute, pluribus bonis artibus prædito. nam ad Philosophorum & Jurisconsultorum disciplinas, quibus in omnibus excellebat, pingendi, sculpendi & excudendi, atque ex omni materia fingendi, & præter has cognoscendi ex inspectione vultus, hominum mores vitasque; incredibilem peritiã adjunxerat. qui obiit an. LXXI. m. VIII. d. I. & Diamentæ uxori, cum qua annos XXXX. amantissimè cõjunctissimeque; vixerat. P. Claricus Gammarius dupliciter mœrens, fratri & conjugi benè meritis
P. M. D. XXVI.

Petro Flisco splendidissimis natalibus orto, Lanuviae Comiti, Juris Civilis Pontificiique; consultissimo, multijugis animi & corporis dotibus ornato, in primo juventæ flore extincto, fratres pietatis ergo monumentum hoc dicarunt. An. Dn. M. CCCC. LXXXII.

Hominum luxus, fastus, deliciae, quæ vitam vitalem esse non sinunt, hem quò redeunt?

Sub monumento Isotæ Calderinæ.

Regi, cui omnia vivunt, sacrum.

AD S. MARTINUM.

Philippo Beroaldo seniori, civi Bonon. viro omnium, quos ætas sua tulit, eruditissimo atque eloquentissimo, eisdemque; humaniores litteras Parmæ, Lutetiae atque in patria, summa cum ingenii laude, atque audientium admiratione professo, Phil. & Vinc. filii hæredes, ex ipsius testam. P. P.

I nunc & vigila, noctesque; absume legendo.

O hominum cura, cæptaque; vana nimis!

Vixit ann. L I. m. VIII. Obiit an. M. D. IIII.

AD PROCULI.

Si procul à Proclo Proculi campana fuisset,

Tunc procul à Proclo Proculus ipse foret.

IN SCHOLA HISPANORUM.

Ægidius Albornatius sanctæ R. E. Cardinalis primas

Hispaniarum, totius Italię legatus, qui sedem Romanam diu Avenioni exulantem Italię restituit, hasce ædes publicę juventutis Hispanę commodo construi jussit; quas Ferdinandus Hispalensis præsal á fundamentis perfecit, anno post C.N. 1365.

Theodoro Portę eq. Bonon. qui Caroli v. Imp. August. deinde Pauli III. Pontif. Max. auspiciis mira virtutis & prudētię indole cū pedestres tum equestres ord. duxit, postremó sub Julio III. in obsidione Mirandulana icū glandis sublato: hæredes P.P.M.D.LII. Vixit annos xxxii. Occubuit xvii. Cal. Januarii, An. M. D. LI.

A D S. D O M I N I C U M.

D. O. M.

Joanni Crotto Monferrato, Pont. Cæs. Juris Monarchæ, qui diu Bononię floruit in utraq; palæstra. Inde Pisas evocatus, deserti jam pridem Gymnasii restaurator, fato concessit. Magdalena Landa viri B.M. ossa referens, ære proprio hoc monumentum faciendum curavit.

Scopus vitæ, Christus.

D. O. M.

Qui vixit bene, mortuus beaté.

Nox mea lux animi est.

Amplissimi ordinis simul nomen magistratus merui.
Astræ hæc ratio decens laborq;.

D E O T R I N O E T U N I.

Pyramidem & sepulcrum vetustate corruptum, quæ Albertus genitori suo Odofredo Legum parenti, Anno sal. M. C. C. LXV. II. non. Sept. defuncto posuerat, Laurentius Odofredus Dominici filius, Odofredi posterior, Albertiq; trinepos, sua impensa in meliorem faciem opere & cultu splendidiore restituit. Anno Gratię M. C. C. C. XCVII. Kal. Sept.

A L I U D.

Hic sita sunt ossa Marci Antonii Flaminii Forocorneliensis,

liensis, de utraque lingua bene meriti. Vixit ann. mens.

Obiit anno

A L I U D.

Hieronymo Prividello Rhegiensi, Jureconsulto clarissimo, ab impio sicario injustissime transfixo, fratres mœstissimi posuere. Oct. Id. Novemb.

Martini Sulimanni, cujus præclara in Jure opera extant, humana hîc ossa quiescunt: lapidea hæc memoria illi posita est. Anno salutis M. D. XXVI.

D. O. S.

Joannis de Imola, Pontif. Cæs. q. Jurisconsulti ossa, in supposito Gerisendorum sepulcro quiescunt.

*Minus Gerisendus LL. & ipse interpret,
amica sua conjugii fecit.*

A L I U D.

Ludovico Bolognino Jurisc. & Equiti: qui cum Bononiæ Ferrariæq; Jura interpretatus, & ab Innocent. VIII. Pont. Carolo Gallorū VIII. Rege, Ludovico-Mar. Sfort. Insul. Duce ad respondendum sibi de jure asscitus, Florentiæq; litibus judicandis v. vir & prætor fuisset; ab Alexandro VII. Pontif. XL. viratum adeptus, ab eoq; legatus ad Ludovic. Franc. XII. Regem Romam legationem attulisset: Bonon. rediens An. LXI. ætat. An. M. D. VIII. Florentiæ obiit. Bartol. Eq. & Senat. Bon. f. patri, Joan. Mar. Eq. patruo F. CC. M. D. LIII.

Omnia mea mecum porto. Vix sola fama remanet.

D. O. M.

Jacobo Bonio Juriscōsulto clariss. Pontificii Senat. Advocato eloquentiss. ad Alex. VI. Julii II. Leo. X. Pont. Max. legation. munere, cum Senatoria potestate, vera cum laude perfuncto, cui porró Card. Coll. S. P. Q. R. memores ejus inclytæ justitiæ comitatisq; iterum Senat. pot. Adri-

M

ani vi. jussu mandand. cur. sed ipse morte præventus in-
enarrabile sui desiderium reliquit. M. D. XXII. Vixit an-
nos 67. mens. 10. dies 16. Vincent. Prot. Apost. & Jo. Lan-
da Juriscon. patri dulciss. pp.

IN PHILIPP. BEROALDI
sepulcro.

O literæ, ô cantus, ô Apollines. vobis in posterum heu
quid fiet?

BAPT. BARTHOLOM. CLARICINI

Aliás de Gambaro, vivens sibi posterisq; paravit M. D.
LXXVI.

*Qui speculum hoc cernis, cur non mortalia spernis?
Tali namq; domo clauditur omnis homo.*

PETRUS CLARITIANUS

Gambarus, pro se & suis posteris vivens P. M. D. LIII.
Perpetuæ dormitionis domus.

S. DOMINICUS LOQUITUR:

Hæc sunt, ô filii, quæ vobis hæreditario jure relinquo.
Charitatem habete, humilitatem servate, paupertatem
voluntariâ possidete, & ut carnis munditia in vobis im-
maculata permaneat; suspecta sceminarum omniû con-
sortia evitate. Feliciter decessit S. Dominicus non. Augu-
sti. M. C. C. XXI.

CÆSAR NAPÆUS,

Matthæi filius, vivens sibi posterisque suis & conjugi f.
Anno M. CCCC. XCIII. Cal. Julii. Peto ne quis nos in-
quietet, alitèrve ponat, neq; commutet, néve etiam alius
inferatur, ut die cæsonia hîc unâ resurgamus. quid ad vos?

IN SCHOLA PUBLICA BONON.

Gregor. XIII. Pont. Max. annuarum revolutionum
felicissimo restauratori:

*Tempora qui seros Phæbi referentia gyros
Toto, sancte senex, orbe venire facis,
Scilicet ut redeat nunquam revocabilis an us,
Atq; suum teneant festa sacra diem:*

Na tu caelicolis gratum, atq; perutile nobis,

Immortale tibi conficis autor opus.

Sub felicibus auspiciis magnificorum D. D. D. Joannis-Baptistæ Bergarotti Parmensis, & Domini Viti Antonii, Horatii de Curtis Mursonensis, Universitatis patronorū medicorumq; priorum meritissimorum die xxx. mens. Decembr. Anno Domini M. D. LXXXII.

IN AUDITORIO MAGNO
Jurisconsultorum.

Principem Gymnasii classē, urbis ornamento, civitatis splendori, & posteris incitamento, consiliariis bene gestæ administrationis memoriæ relinquendæ, ac bene meritis se officiis devinctos ostendendi studio; eorundem generis, nominis & honoris insignibus placuit exornari. Anno ab ortu Christi M. D. LXXIX. Pii V. Pont. Max.

ITEM.

Universitas Legum studiosa, veterem hujus Auditorii dignitatem animo repetens, atq; eidem in posterū, quo ad possit, consulere cupiens; novis his insignium suorum ornamentis cohonestandum curarunt, annuente Dn. Joanne-Baptista Salvago Genuense Universitatis Priore dignissimo. Anno à Christo nato M. D. LXXI. Gregor. XIII. Pont. Max.

IN AUDITORIO JURISCONSULT. III.

Bononien. Gymnasii adolescētes nobilissimi, utramq; Juristarum Universitatem consilii prudentia & fidelitate gubernantes, sui præceptoris nomen honorificè illustrare, harum ædium splendorem magnificentius augere, bene gestæ administrationis memoriā relinquere, ac ejusdem muneris vicarios ad honestam æmulationem excitare studentes, ad classē hanc publicam suæ familiæ ac nobilitatis imaginibus publicis exornandam, æs publicum erogari jussērunt. Anno Dom. M. D. LXXVII.

IN MEDICORUM AUDITORIO.

D. O. M.

Gaspari Talcacotio civi Bononien. Philosopho ac Me-

M ij

dico ætatis nostræ celeberrimo, cùm universam humani corporis anatomen in doctiss. virorum frequentiss. conventu publicè administratam, facundia, methodo ac doctrina admirabili explicarit; ejusq; incomptas adhuc partes in lucem prodiderit; animi grati & perpetuæ memoriæ ergo Lect. mediciq; pp. ordinariæ anatomes ab illo administratæ monumentum.

IN AUDITORIO INFERIORI.

SUMMA PRIVILEGII AB IMP. CAES.

Fl. Theodosio juniore Aug. Gymnasio Bononia concessi.

Qui Prætor, Judexve quinquennio in Bononien. Gymnasio studiorum causa non consumto, ad judicandum accesserit, ejus decreta sententiave irrita sunt.

Qui Doctor in ordinem asscitus, libro à majoris Ecclesiæ Archidiacono non accepto, fuerit; ejus dignitas, licet peritorum omnium suffragiis comprobata, prorsus nulla esto.

Qui Scholarem aliquem ad Gymnasium Bononien- se pergentem manu verbóve offenderit, capitis reus esto.

Qui Magistratus, prout Magistratus, injuriam Scholari illatam persequi prætermiserit, eadem pœna tenetor.

Anno Domini M. D. LXVII.

Qui honestissimi hujus consilii participes erunt facti, imprimis operam dent, ut jura, instituta, mores, consuetudinesq; omnes, quæ ad hujus Scholæ commoda auctoritatemq; tuendam pertineât, summa cura custodiantur.

Rectori Scholæ maximus idemq; meritis honos ab omnibus habeatur.

Legitimi publicarum professionum dies diligentissimè obeantur.

Professorum ipsorum dignitas quàm maximè observetur.

Inter Scholasticorum nationes æterna piaq; pax concordiaq; conservetur.

Exornatus, ad urbis & Scholæ dignitatem, ex auctoritate eorum quorum insignia circumpecta sunt, & extortius consilii, locus esto. Anno Domini M. D. LXVII.

BONONIENSIA.

181

IN ALIO AUDITORIO.

*Estes pares, & ob hoc concordēs vivite, cū vos
Et decor, & studium, & munus sociarit, & atas.*

IN PORTICHU INFERIORI.

D. O. M.

Moderatoribus optimis assidua cogitatione curātibus,
ut inclytæ hujus Academiæ splendor, & dignitas, ad uti-
litatem juventutis ex cunctis regionibus studiorum gra-
tiâ confluentis, incrementum accipiat; Priorum, ac Con-
siliū Universitatis Philosophorum & Medicorū illis diu-
tinam Majestatis felicitatem, sibiq; patrociniū precati,
exiguam hanc, sed quam præ imbecillitate sua possunt,
maximam grati animi significationem memores officio-
rum pp.

Procurante hanc memoriam Magnifico ac generoso
viro D. Josepho Zacconio de Fano Priore dignissimo. An-
no Domini M. D. LXXXIII. die XXI v. Decembris.

IN AUDITORIO INFERIORI.

I.

*Magister esto diligens, doctus, vigil,
Veriq; amator, & alieni commodi:
Auditor at tu sis laboris appetens,
Magistri amator, & imitator sedulus.*

II.

*Consultor hic utcunq; tempus postulat,
Adesto, semper publicum negotium
Curato, agendum quid sit in presentia
Videto, longè providens in posterum
Caveto, partes sic tuas tuebere.*

ANTE CONCLAVE
Decemvirorum.

Privatorum obliti, publica curate.

ALIBI.

GREGOR. XIII.

Ad summum Pontificatum ob maximas virtutes eve-

M iij

Sto, Reipub. Christianæ bono ac pené splendori nato, civi optimé merito, S. P. Q. Bon. statuat hanc erigendam curavit, quam jussu Pontificis Petrus Donatus Cæsius Caroli legatus hîc collocandam, fulcroq; muniendam, decreto interposito, sanxit, Anno Dominicæ Nativitatis M. D. LXXX. mense Octob.

IN PRÆDIO EXTRA URBEM.

Achilles Alexandri fil. Volta á Clemen. VII. Pont. Max. in collegium fratrum gaudentium cooptatus, domum ad ædem Mariæ cum porticu & viridariis, item hortum & ambulationes cum Ornithone & Leporario, nec non aquis salientibus & piscina ad revocandâ Collegii memoriam, fratrum commoditati fecit assignavitque. M. D. L.

ANTE HORTUM QUENDAM.

*Urbs habeat curas; qui me mihi reddit agellus,
Exigit ingenuis gaudia mixta jocis.*

ANTE ALIUM.

*Hortule fac placeas, fac hortule dulcis inemptas
Ut fundat domino libera mensa dapes.*

ANTE ALIUM.

*Has ades genio sacravimus, utere quisquis
Hospes es, at lingua & moribus esto probis.
Uti cuiq; suis licet. hac ne carpe, voluptas
Ingenua est animi quantulacunq; mei.
Si qua forse juvant oculos, ne parce viator,
Quilibet hac uti commoditate potest.*

AD HOSPITES.

*Invide quod nequeas imitari, carpere noli.
Nil nisi cum sumtu mentem oculosq; juvat.*

AD OSTIUM HORTI.

*Garrule contineas linguam, tuq; invide dentem.
Hoc volui. cooptum carpe viator iter.*

IN SUMMO TEMPO.

*Hoc tumultata jacent Bassani membra lapillo,
Quis sit, metra docent qua subscribuntur in illo.*

BONONIENSIA.

*Huic legum latis patuit victoria castris,
Nunc cedens fatis socialibus insidet astris.
Canonica coluit scriptura plenius ortum,
Qua duce promeruit caelestem cernere portum.
Hic erat Italia sydus, reverentia fratrum,
Flos roseus patria, decus orbis gloria patrum,
Obsequiis promptus, humilis, jocundus, apertus.
Si tres excipias annos de mille ducentis,
Terminus occurret, quo mortis jura subivit.*

M. C. XCVII.

In eodem lapide.

*Invidus é medio Basianum finis ademit,
Cujus membra brevis hic sita petra premit.
Summus in alterutro Doctoris Jure peregit
Haectenus officium, quem lapis iste tegit.
Jura duo potuit natura jus superare,
Hac duo de proprio mors fugat una lare.
Istius meruere sinu duo jura locari,
Solutus in Italia qui fuit absq; pari.
Non sibi sed vita moritur fons juris, & aret,
Non is eá, sed eo vita moderna caret.
Quisquis in istius cathedram succedere quarit,
Fontis respectu rivus ineptus erit.
Hunc sociat summis Pauli conversio turmis.*

IN PETRONII.

*IN LAPIDE ADMODUM MAGNO ET INAU-
rato, parieti infixo, hac privilegia Pontificia Bononien-
sibus indulta majusculis notis erant incisa.*

S. L.

*Huc usque licet, si commoda hæc grandia spectatum ve-
nis, quæ Julius II. Pontif. Max. Trib. Pleb. Tabel. ac
mercatoribus, cæterorum nec non opificum
Collegiis probitate sua, indulsit.*

*Frumenta omne genus á XIII. Calend. Januar. M. D.
usque ad Calend. Januariar. M. D. XI. immunis molito.*

M iij

Ultra verò illud tempus singulis corbibus librarum c XL. precium duorum solidum argenteorum maneto.

Portarū vectigalia dimidio minora quàm antea sunt.

Summa pecuniarum ex agro boum causa quotannis erogari solita, in aliud munus, agricolis non perinde grave, commutator.

Et, attrito castrensibus stationibus agro, inde nec fœnum militibus, nec palea venunt.

Causæ civiles & capitales ab ordinariis iudicibus solùm & solenniter audiuntur.

Captivi publico tantum carceri addicuntur.

Municipaliaq; passim omnia tam foro civili, & capitali quàm mercatorio & fabrili deservientia, ne omituntur.

Ac nemini, præterquam publico exactori, multanti-um æ asservandum datur.

Prolata post semestrem à Criticis civibus in Prætorum semel sententiæ firmæ & ratæ habentur.

Oppida arcesq; extra pomerium sitæ, biennio tantum, & à Bononiense duntaxat cive custodiuntur.

Cuncta insuper sacerdotia exteris alienigenisq; ne conferuntur.

Nemo Judici, Prolegato, Legatove his Apostolicis indultis privilegiis adversator.

Et, si secus factum fuerit, infectum esto.

IBIDEM.

D. M.

Ameliensis Pontifex Naccius hîc est Cæsar, qui vicem gerens legati Bononiensium, summa æquitate civibus jus reddidit, mox annum agens tertium & sexagesimum concessit orco.

Vixit, dum vixit, bene.

PROPE SCALAS, UBI ASCENSUS EST AD
*facellum, in quo sepulcrum divi Dominici mar-
moreum cernitur.*

Clemens VII. Pont. Max. habito secundo cum Carolo
v. Imp.

v. Imp. hac in Bononia urbe colloquio, Romam profecturus, auditis ante Divi Dominici sepulcrum sacris, adstantibus pluribus Cardinalibus, ac aliis Prælatiſ, populique multitudine, ſingulis annis omnibus prædictum ſepulcrum, ubi ſacra ejuſdem oſſa quieſcunt, noniſ Auguſti, quo die obiit, viſitantibus, plenariam omnium peccatorum remiſſionem, & qualibet vice anni uniuſ indulgentiam in perpetuum conceſſit. vi. Id. Mart. M. D. XXXIII.

IN DOMINICI.

Hic jacet Canolinus, Canolinorum gente ortus, annos LXXIII. natus, cujuſ in aurificina mirifica fuit ars, in ſermone facundia, in forma dignitas, in vivendo integritas ſingulariſ, Anno Domini MDCCC. LV.

IBIDEM AD MONUMENTUM
Anglicæ nationiſ.

*Hoc ſitus in tumulo eſt Gulielmus gloria gentiſ
Anglorum, quem mors traxit ad Elyſioſ.
Nam modo feſtivos dum ſpectat ludere bombos,
Bombarda fractuſ viribus occubuit.
Proh dolor ergo homini quam fiducia Mortiſ,
Si jugulant etiam quos putat ille jocuſ?*

ARTURO COO ANGLICO.

*Quid ſleſ viator; an quod agnoſciſ tui
Civiſ ſepulcrum patrio procul ſolo?
Nil noſtrum ob hoc malignum fatum fuit:
Eadem, undecunq; proruſ in calum eſt via.*

III. non. Aug. Anno Domini M. D. V.

IN SERVORUM.

In obituſ Scipioniſ Bargelini Juriconſulti
Carmen ad Mortem.

*Mors dicam tibi veriora veris:
Nunc quanquam tumulo cada ver hocce
Claudiſ, id nihil, id nihil putamuſ:
Virtuſ, fama, ſcientia hujus, & ſpeſ
Non poſſunt tumulo profano claudi.
Quid morſ ergo tenet? quid aſſequuta eſ?*

M V

ITEM:

Quisq; tibi est genitor, quó sit tibi filius, idem
 Et sibi sit natus, quó sibi sit genitor.
 Quaq; sibi est genitrix, quó sit sibi filia, sitq;
 Nata sibi hac eadem, quó sibi sit genitrix.
 Qua sit alumna sibi, quó sit sibi dulcis alumnus,
 Dulcis alumnus & est, quó sit alumna sibi.
 Nec genitor, genitrix, nec natus, filia, alumnus,
 Et, nec alumna, alter Scipio semper eris.

IN MARTINI.

Joanni Baptistæ Civiatorio Bononiensi, J. U. consul-
 tissimo, qui, funere merus acerbo, vix annos XXXXIIII.
 impleat: Joannes pater moestissimus, permittentibus
 Elephantucis, posuit, Anno salutis M. D. XIIII. Prid.
 Calend. Decemb.

In nunc & vigila, noctesq; absume legendo.
 O curas hominum, cæptaq; vana nimis!

Σπυμὴν ἄνθρωπων καὶ ὄνειδος ὁ βίος.

 IN ÆDESACRA MONASTERII
 Misericordia.

Joanni Gozadino viro cum Juris Civilis prudentia,
 tum rerum gerendarum solertia præstantissimo; qui cum
 in Archidiaconatu Bononiæ, & Protonotariatu Aposto-
 lico, in Præfecturis & Legationibus aliquot, egregiam
 Julio II. Pontifici Max. operam navasset, in ipso laudum
 suarum progressu est hominum expectationi ereptus:
 fratris filii patruo optimè merito P. P. Vixit annos XL.
 Obiit anno à partu Virginis M. D. XVII. IV. Cal. Sextilis.

IN LAPIDE TUMULI.

Joannes Gozadinus Jureconsultus, Archidiaconus Bo-
 noniensis, Apostolicus Clericus, & Referendarius ac Pro-
 tonotarius, parentibus, sibi, fratri, & posteris.

Vanitas vanitatum & omnia vanitas.

IN VILLA SUBURBANA,

CANIS.

*Latrai á ladri, & á gli amanti tacqui.
Onde á Messeri & á Madonna piacqui.*

Quod Germanicé, interprete Samuele
Fabricio, sic sonat:

Wann dieb vnd mörder brachen eyn/
So thet ich weidlich bellen dreyh;
Wann aber buler kamen an/
So schwieg ich still/vnd ließ sie gan.
Derwegen ich von grossen Herrn/
Vnd auch von meiner Frauen geris
Gesehen/vnd gelitten ward/
Vnd ohn schlege gehalten zart.

Latiné veró sic:

*Furem allatravi, parcens taciturnus amanti,
Sic placui dominis, sic placui domina.*

IN CURIA.

Ad statuam Giganteam Herculis.

*Hac finxit novus ora mi Prometheus.
Alcides vocor. heus abite monstra.*

Responsio viatoris:

*Nec finxit faciem tibi hanc Prometheus
Monstrosam novus, illa cum deorum
Non sit effigies, vetus Prometheus
Cui vultus similes creasse fertur.
Alcides neq; tu lapis vocaris
Immotus, rigidus, tacens, tricorpor.
Sed nec iure homines vocare monstra
Monstrosus potes ipse saxeuq;
Vel monstri soboles, vel ipse monstrum.*

EPITAPHIUM CUJUSDAM PYRRHI.

*Terreno Pyrrhus properavit carcere ad astra.
Quid mirum est? semper æug loca summa petit.*

IN FORO AD FONTEM.

Pius IV. Pontif. Max. in majorem civitatis usum deductam in forum ex montibus scaturiginem, illinc quoque in plateam hanc derivandam atq; exornandam mandavit. P. Donato Cælio Episcop. Narn. Bonon. Governatore. M. D. LXV. ære pub. S. P. Q. B.

Felicitas publica.

A L I U D.

Incomparabilis viator exemplum constantiæ atque continentiæ sancta integritate & inclita fide illustre, bonarum & artium, cippus en aspice ut parvus tegit. Quid hoc quæris? Wencelaus Bernardus Olmonte ortus (Moraviæ ea urbs est, Julium montem vocant Latini) is unicus patri, nuper Bononiæ unico unicé salutem optans adferre amico, peste mortuus occumbit. Plura iste non capit lapis. Vale igitur, atq; his pia ossibus dic verba, si es pius. Vixit annos XXVIII. menses X. Obiit M. D. XVII.

A L I U D.

Hic ossa Augustini Cianzon Corsici Sardinienfis quiescunt, qui ob armorum tumultus in foro Bononiensi excitatos, ex lege vivere desiit. Tibi pax viator. M. D. XVII.

IN SACELLO VIRGINIS MARIAE.

Si pius es, perlege. Infelix aleator, amissa pecunia, Deiparæ imaginem in fronte templi repositam, pugione ita percutit, ut Servatoris filioli pedis digiti sint excussi. Ob facinus, immobile corpus repente concido; rumor increbuit, ab offensa imploro auxilium, exaudit cum filio pi-entissima, venia dignum faciunt. Vota ad S. Jacobum & Antonium persolvō. Populus hoc sacello virginem collocat. Anno 1405. 3. Octobr.

A D D O M I N I C I.

Ascanio magistro curiæ Rom. qui decimo octavo ætatis suæ anno in singulari certamine cum victor clementissimo animo hosti vitam donasset, de improvviso ab eodem ingratisimo percussus, vitam amisit. Anno Domini 1551. 8. Julii.

IN

IN S. MARTINI.

Tumulus Alex. Achillini Bononiensis, Pro-
fessoris Patavini.

Hospes Achillinum tumulo qui quaris in isto,
Falleris: ille suo junctus Aristoteli est;
Elysium colit, & quas rerum hic discere causas
Vix potuit, plenis nunc videt ipse oculis.
Tu modo per campos dum nobilis umbra beatos
Errat, dic longum perpetuumq; vale.

IN S. PETRI.

Hic Vilhelmus erat Lucensis origine dictus,
Cui merito nomen lucis origo dedit.
Sacra & Trina titulis & honore magistri
Lucensis talicis lucifer alter erat.
Quod prius in Reculo cernebat; lumine vero
Nunc cernit, & ita nunc patet ipsa sibi.
Post vitam vita fruor, Mors pocula mortis
Huic dedit: ad vitam sumsit & hausit ea.
Augusti sibi prima dies fuit ultima vite,
Hujus & ad vitam maxima prima fuit.
Anno milleno centeno septuageno
Octavo Domini, mors sibi vita fuit.
Ut moriens semper vivas:
semper vive ut moriturus.

IBIDEM.

Si doctrina, vigor mentis, facundia, virtus
Jus in fata habeant, saluus Agrippa fores.
Heu quam rara ad eos solet adventare senectus,
Qui numis animi dotibus exsuperant.

AD S. MARIAE ANNUNCIATAE.

Parma parens, primos Mirandula cessit honores,
Declarat civem me Imola grata suum.
Ad se docta vocat me tandem Felsina; deflent
Artes me Medica, docta cohorsq; virum.
Deflent moesta urbeis ipsa, civemq; reposedunt
Imola, Mirandla, Felsina, Parma parens.

Joh. Baptistæ Theodosio Medico F. F. pientissimi P.
P. Vix. ann. LXIII. Obiit M. D. XXXVIII.
mens. Septemb.

AD PETRONII.

Aug. Zanettus Bonon. Pont. Cæs. q. Juris Doctor,
Episc. Sebasten. Episc. Bonon. Suffr. & Vic. post graves
& diurnos labores, de sempiterna quiete cogitans,
Melchiori patruo causid. insigni, sibiq; ac post. S. O. M. P.
Anno à Natali DEI & hominis 1512.

LEGES VILlicæ seu GENIALES, PRO-
pe Bononiam in amœnissimo pradio, dicto Casalt-
tula, foribus inscripta.

Hanc villulam, atq; hunc agellum, oia animi aut va-
letudinis causa inviserint, ne voluptas valetudinem,
corporisve curatio voluptatem corrumpat; neve locus
quâ sacer est, violetur, aut quâ cultus est, deseratur; hasce
observanto leges.

DEUM Opt. Max. proima in æde primûm veneran-
tor. Quidvis postea lustando, se ubivis exercento, ubivis
quiescunto, sed hoc citra languorem, cis sudorem illud.
Servorum greges importunorum non modò à pomariis,
sed procul ab ueroque pomærio interea excluduntor. Si
quos tamen ministerii causa voluerint, paucos & mode-
stos introducunto, qui nec hilum attingunto, inconsul-
to villico. Eis abeuntibus, pro anni tempore, pro rerum
copia & inopia, pro cujusque persona, flores, frondes, ra-
musculos, poma, olera, viritim villicus distribuito. Quos
ruris dominus ad prandium coenamve invitarit, curæ,
mœrores, tristitiæ in urbem remittuntor: voluptates ho-
nestæ, jocus, hilaritas remanento. Mensæ eleganter &
splendidè sine luxu ac pompa, aprico opacove loco pro
anni tempore parantor. Dapes solito lautius ac copiosius,
sed ad vitam vivendam, non ad mortem maturandam,
apponuntor. Pocula, quæ sitim pellant, non quæ hospi-
tem obruant, potantor. Interim avium concentu & a-
quarum murmure se oblectantor. Iis silentibus, Jopæ,
Amphiones, Orphei, loquaces compescendo, auris mul-
centor.

cento. Remotis mensis atque arbitris suis, cuiq; convivarum mores paulo liberius pati, seni, juveni, faceto, dicaci vel ad ineptias usque, fas esto. Si qua licentius poti dixerint, fecerint; ea in urbe aliis narrare, aut omnino in memoria habere fas non esto. Scorta, scurræ, parasiti, præstigiatores, atoli, ac ejusmodi impurum & profanum genus procul arcentor. Aleis, latrunculis, scrupulis, talis, si qui se oblectare maluerint; nemini tunc vitiodator, modo fiat modicè, ne forte jacturæ dolor in gaudii, cui hic locus à majoribus dicatus est, sedes mœrorem induxerit. Hisce actis, in eodem facelle. Deo item Opt. Max. gratias agunto. In urbem læti ludibundiq; abeunto.

I B I D E M.

Gaudentium locus hic; procul hinc discedite tristes.



MUTINENSIA.

IN MUTINAM JUL. CÆS.

SCALIGER.

Nescit quo potius tumeat Rangonia tellus:
Tot se fama nova vertit in ora vetus.

Fama vetus, tot fama recens se vertit in ora:
Ut tituli numeros nesciat ipsa sui.

Mars catus in victis admiscet viribus artem:
Ardua sic gemino nomine bella docet.

At Venus atherias cum sinxerit aurea formas:
Verborum adjunxit pondera picta modis.

Inde triplex liquidos animos inspiret Apollo:
Inde triplex nitida gratia juncta manu.

Nulla deest Erato. capiet te candida Pitho,
Ut mox oblitus tu videare tui.

Nescit quo potius tumeat Rangonia tellus,
Ergo nec dignum velle tumere putat.

IN CATHEDRALI.

FRANCISCI CASTALDI

corpus hîc jacet, cui exulanti, quoniam afflictæ bello patriæ cum lectissima manu militum opem attulit, jure patriæ fuit restituta. Sed fata caveri nequeunt: eum namque nocte quadam domum redeuntem, plures, & armati, solum & inermem adortum, multis vulneribus confectum trucidarunt.

Ibidem

BARTHOLOMÆI PRIGNANI.

*Callimachum facili vicit qui Pindarum & ore,
Cognitus & plenè cui situs orbis erat,
Bartholomæus in hac Prignanus clauditur urna,
Qui tamen invita morte superstes erit.*

IN CARMELITARUM.

LUCRETIAE PARMENSI

Bergontiorum familiæ, splendore formæ, ac venustatis decore clarissimæ; verùm pietate, & morum probitate, reiq; familiaris cura quàm longiss. clariori: Jacobus Molza conjugii amabilissimæ, cum qua per annos xxiv. conjunctissimè vixit, mœstiss. pos. Vix. ann. xxxix. Ob. non. Cal. Majas M. D. LXXII.

*Qua mortalis eram hîc jaceo, at, qua nescia mortis
In prole, in claro sum redi viva viro.*

*Si nullæ adfuissent delicia; nullæ adessent miseriæ.
Quia delicia; miseriis; miseriæ deliciis commutantur.*

IN AEDE DOMINICI.

GASPAR PETRAZANUS

Petra Petri Gratiani & Geminiani Pontifex, pro templis, cum templis, in templis, natus, educatus, exercitatus, vixit, egit, cecidit. Si patriam cernis, huic diversos decrevit honores. M. D. I CVIII. Cald. Decemb.

*Flamma sacri juris, Flamen Jovis, optimus ossa
Petrazanus habet Gaspar in hoc tumulo.*

*Mactabat superis; cecidit mactatus ad aras,
Ut cecidit pro diis, stat Deus ante deos.*

MUTINENSIA.

193

IN AUGUSTINI.

SMERALDA MATELA,

quæ virum habuit Joannem Sadoletum, Jacobi amplissimi Cardinalis ex fratre nepotē, cum quo vixit annos xv. mens. vi. & cum matrimonii nobilitate formā, cum forma pudicitiam, difficillima omnium societate conjunctam, virilemque rerum adversarum tum in conjugio, tum post conjugium tolerantiam constantissimē servavit, & adversus primarios civitatis competitores viduitatem: hinc sita est, post annos ætatis xxxvi. viduitatis iii. vi. Calend. Sextil. ex testamento.

IN PETRI.

NICOLAI MACHELLÆ

monumentum.

Medicorum scientiā, bonorum probitate omnium sui temporis præstantissimi; quorum utris longiore spatio antecelleret, dubium semper extitit. Vixit annos LX.

Alta cadunt vitis, virtutibus infima surgunt.

IN FRANCISCI.

Sic ure, sic seca, ut in æternum parcas.

Ex constanti præteritorum memoria, & diligenti præsentium observazione, rerum futurarum cognitio adipiscenda.

Rerum amissarum summa sapientia oblivio.

Sumtus ne censum superet.

Diu apparandum est ædificium, ut ædifices celerius.

D. IMM. S.

Joanni Sadoletto Ja. f. Juris utriusque scientia omnibus planè antecellenti, memoria incomparabili, ingenio præstantiss. fide, religione, temperantia supra vel eximiam laudem ad usque dies extremos incolumitate perpetua & integra profecto: Jac. Sadoletus, ob pietatem & reverentiam, quod ex eo nihil unquam aspexit, quod imitando non opt. & temperatissimè se gereret: caro apud cives, memorato apud exteros: opt. patri vita functo, bene merenti: & Francisca Machiavellæ ejus unicæ uxori, matri suæ caris-

N

simæ viventi, & sibi fecit. Vixit pater annos LXXI. & obiit
anno M. D. XI.

Locus decreto Collegii sacerdotum datus,
Senatu Populoq; Mutinensi procurante.
Huic monumento præter tres hosce inferatur nemo.



RAVENNATIA.

IN RAVENNAM J. CÆS.

SCALIGER.

Prima per Æmathias quondam vetus edita silvas
Adriacum secuit Thessala prora sinum:
Desertumq; solum, tristiq; informe palude
Muniit: atq; urbis nomen habere dedit.
Hac belli sedes, gelido cùm miles ab axe
Proruit, & Grajos expulit inde duces.
Hinc sedet Illyrica prospectans praelia Nerei:
Ionius reduci cùm tumet astus aqua.
Hinc oculus superiq; maris, terraq; jacentis
Excubat: hinc duris utraq; meta viris.
Si jungas solida liquentia marmora terra:
In medio tanquam cor metuenda jacet.

INSCRIPTIONES

RAVENNÆ.

AD SEBASTIANI.

Ante portam templi S. Vitalis.

Ἐνταῦθα κείται ὁ στρατηγὸς καλῶς,
Ῥωμὴν τε φυλάξας ἀβλαβῆ, καὶ τῶν δύσιν
Τεῖς ἕξ ἑνιαυτοῖς τοῖς γαλήνοι * δεσπότης
Ἰσαάκισ τῶν βασιλέων ὁ σύμμαχος.
Ὁ τῆς ἀπάσης ἀρμενίας κόσμος μέγας.
Ἄρμενις ἦν γὰρ ἔτ' ἐκ λαμπρῆ γένεσ.

Τύπ.

Τέτρα θανόντος Δικλεῶς ὁ σύμβιθ
 Σωσάννα σώφρων τρύχονθ σεμνῆς τρόπω
 Πυκνῶς σενάξει ἀνδρὸς ἐσερημένη.
 Ἄνδρὸς λαχόντθ ἐκ χαμάτων διδοξία
 Ἐν ταῖς ἀγαλοαῖς ἠλίε, καὶ τῆ δύσθ.
 Στρατῆ γρῆ ἦρξε τῆς δύσεως καὶ τῆς ἐώ.

PORTÆ MARMOREÆ
versus mare.

CLAUDIUS SEVERUS CÆSAR AUGUST.
 Germanic. Pont. Max. T. R. Pot. II. Cos. desig.
 III. Imp. PP. dedit.

A RAVENNA DUOBUS VEL TRIBUS MILIARI-
 bus est columna saxea, cui insculpta sunt sequentia.

In latere, quod respicit Ariminum.

Heu cladem horrendam! hęc ille percelebris ager est,
 viator, in quo acerrimē utrinque pugnantes viginti penē
 hominum millia conciderunt.

Inferiūs ibidem hoc distichon.

Hac petra Petrus donat Donatus Iberos,
 Gallosq; hęc casos, Cæsius hac memorans.

Versus Ravennam.

Reiectus ab oppidanis amnem illac trajicit, acies in-
 structas huc ducit, cum prorege Hispano, Pontificioq;
 exercitu, indicto bello confligit.

Pauló inferiūs.

Paulo IIII. Pont. Max. sedente.

P. Donatus Cæsius Episc. Narnutriusq; Signaturæ re-
 ferendarius, dum Æmiliæ præsideret, locumq; hunc con-
 flictus, Ravennatis celebritate clarum diligenter exploraf-
 set; ne tantæ rei memoriam vetustas temporum aboleret,
 hoc erecto marmore conservandum curavit.

Versus flumen.

Heus viator, illic trans flumen castra metatus OLGA-

N ij

STUS FOISSEIUS Gallorum Ductor Ravennam oppugnat, murum aperit tormentis, & conatur irumpere.

Senarii infrá scripti.

*Videbis hospes huc parum at tollens caput,
Inscriptus iste quid velit lapis sibi.
Recenset illam nempe cladem maximam
Galli atq; Iberi exercitus Æmilliam,
Qua pené totam maculavit sanguine.*

In quarto latere versús Forum Livii.

Hinc post cruentam Gallorum victoriam GASTONBERG perempto, Hispanorum reliquiae evaserunt. Postremo capitur Ravenna á victoribus, ac diripitur. Abi.

Inferiús.

Gesta fuerunt hæc prid. Id. April. anno á partu Virg. supra sesquimillesimum duodecimo. Jul. 11. Pontif. Max. Christianam Rempub. gubernante.

AD SEBASTIANI.

Vas hoc Porphyriacum olim Theodorici Gothorum Imp. cineres in rotundo apice recondens, sub Petro Donato Cæsio Narniensi Præsule Raven. tralatum, ad perennem memoriam sapientes Reip. Ravennatis P. C. C. 1564.

IN IMAGINEM MORTIS.

*Excipit innumeros hominum brevis hora labores,
Et redit in cineres vita caduca leves.*

PHOENIX AVIS.

*Securus moritur, qui scit se morte renasci;
Mors ea nec dici, sed nova vita potest.*

PELICANUS.

*Magnus amor, permagna fides, quam maxima virtus,
Alterius vitam morte parare sua.*

DANTIS.

*Jura Monarchia, superos, Phlegethonta, lacusq;
Lustram*

*Lustrando cecini, voluerunt fata quousq.
Sed quia pars cessit melioribus hospita castris,
Auctoremq; suum petiit felicior astris,
Hic claudor Dantes patriis extorris ab oris,
Quem genuit parui Florentia mater amoris.*

VIRTUTI ET HONORI.

*Exigua tumuli Dantes hic sorte jacebas,
Squalenti nulli cognite paré situ.
At nunc marmoreo subnixus conderis arcu,
Omnibus & cultu splendidiore nites.
Nimirum Bembus Musis incensus Hetruscis
Hoc tibi, quem inprimis ha coluere, dedit.*

Anno sal. 1483. 6. Kal. Jul. Bernard.
Bembus prætor ære suo P.

ALIUD.

Alexandro Trabero, nat. Suevo, Equ. Cæsareæ militiæ
& Pontificis in Provincia Flaminia duci solertissimo, qui
per annos 40. virtute avita, generis antiquitate & pru-
dentia, Regum Principumq; in Italia & Germania inde-
fesso studio castra secutus est, cum laude victoriæ signa re-
portans, fato Ravennæ extinctus, hic summo mœrore, se-
xagenario major, deponitur. Tota cohors Germanica of-
fici ergo B.M.F.C. M. D. XLI. XII. Cal. Jan.

TVMVLVS

P. NUM. CAR.

*Linguam habui Charitum, cor Palladis, ora Diones.
Non perii, mors est splendida vita bonis.*

AD VITALIS.

Jac. Arigonius heic situs est. Hominem mors exstinxit
anno ætat. suæ 53. sed exstinxit uno in homine multas vir-
tuteis: artis medicæ scientiam eximiam; perpetuam in o-
mni vita continentiam; denique pietatem in Deum, hu-
manitatem in omnes homines mirificam: quæ sublata ex
oculis vigeant in animis memoriaq; multorum Jo. Ari-
gonius nepos ac Medicus P. &c.

Propagatori Rom. Imperii: Fundatori quietis pub. D.
Fl. Constantino, Max. Victori. semper Aug. divi Claudii
Nepoti: Divi Constantini F. Sertorius Silanus v. P. Præ-
positus Fabricæ devotiss. N. M. R. E.



LORETANA.

TEMPLI PORTÆ IN-
SCRIPTUM LEGITUR:

INtrantes cum armis, excommunicati sunt.

IBIDEM.

*Hæc est sancta domus, tenuit quam virgo Maria,
Cum puero Jesu pauper in orbe manens.
Hæc est sancta domus, lustrat quam virgo Maria,
In calo residens, gloria magna Deo.
Felices illi queis tantum visere templum
Contigit, & gratias obtinere Dei.
Vos ergo pueri Christum, vos lata juventus
Ducite, cantantes carmina lata, choros.*

ITEM.

Hoc est sacellum, quod Mariæ matris Dei cubiculum
fuit, ex Asia per immensum mare angelorū opera in Eu-
ropam tralatum: in quo & nata Maria, & educata ad an-
num xii. cæleste in eo accepit nuncium, atque ex Deo
concepit.

Ferdin. Rom. Ung. Bohem. rex, Arch. Auftr. ex voto pro
salute, & in memoriam dulcissimæ conjugis Annæ, hanc
ejus argenteam effigiem D. Mariæ virgini dedit consecra-
vitq;. ☉. Anno sal. 1547. d. 27. Jan. æt. 43. m. 7. d. 5.

ANCO.



ANCONITANA.

IN ANCONAM JUL. CÆS.

SCALIGER.

D*Evictrix pelagi tutis anfractibus Ancon
Ostentat placidi commoda rara sinus.
Nimirum Dea, qua voluit capere urbis honores,
Lenia sic voluit reddere sceptrum maris.*

INSCRIPTIONES.

IN PALATIO GUBERNATORIS.

*Sint procul insidia, fraudes, discordia, bellum.
Hac honor & virtus cum Jove carpit iter.*

ITEM.

*Alma fides, proceres, vestram qua condidit urbem,
Gaudeo in hoc sociam vivere posse loco.*

IN PORTU

ARCUS TRAJANI.

Imp. Cæs. Divi Nervæ F. Nervæ Trajano opt. Aug. Germanico, Dacico, Pontif. Max. Trib. Pot. xviii. Imp. xi. Cos. vi. PP. providentiss. Principi, S. P. Q. R. quod accessum Italiæ, hoc etiam addito ex pecunia sua, portum tutiorem navigantibus reddiderit.

MARMOR DACICUM

TRAJANI.

Providentia Aug. verè Pontificis, virtus Romana quid non domet? sub jugum ecce rapitur & Danubius.

MANILII MARULLI TUMULUS.

Manilio Marullo patria Constantinop. vetustiss. Marullorum genere nato, qui ex D. D. Gordianis Marullis Rom. Imp. originem ducunt, omnibus virtutibus honestisq; moribus prædito: à Turcis fortunis ampliss. spolia-

N iij

to, patriaq; eieeto: summis magistratibus, legationibusq;
variis, terra mariq; laboribus, vita denique Idibus No-
vembr. Anconi defuneto, Philippus, Theodorusque filii
parenti pientiff. qui vixit annos LXXXV. pos. An. sal.
M. CCCC.

A L I U D.

*Flens primùm has auras hausit puer omine diro,
Flebilis erepta vita fuit patria.
Nunc quoq; flens morior, ne quid non flebile restet:
Hac est humani conditio generis.*

EUPHROSYNES TARCHANIOTÆ,
Man. Marulli uxoris.

*Quanam hoc in tumulto tegitur matrona? venustam
Ille pudicitiam dixerat, hac eadem est.
Quod genus? Inachidi. generis fortuna? beata.
Sed cecidit patria deficiente sua.
Quis torus? unus. & hic felix sine lite, Marulli.
An mater? sero pignore fecit avum.
Qua vita? in tenebris. qua causa indigna doloris?
Occasus patria, seruitiumq; grave.
Ecquem cum patria luxit? fratremq; patremq;
Sed quas felices diceret esse animas.
Felices nimirum anima, sed & hac quoq; felix
Fœmina tam vari pectoris in tenebris.*

PHILIPPI MARULLI MANILII
patris.

*Siste hospes, atq; hac verba, si placet, lege.
Neq; enim rogamus nisi lubentem quempiam.
Ego Philippus hic Marullus contegor.
Posuit superstes filius Manilius,
Uxorq; Thoma. hoc satis, cetera alii.
De Marullo ulterius proloqui nefas.*

MICHAELIS TARCHANIOTÆ
Euphrosynes patris.

*Parce hospes, cineresq; pios ne lade profanus,
Si nescis, castis hac loca sola patent.*

Nec

*Nec te privata morveat quod claudor in urna,
 Ha quoque fortuna non mea cura fuit.
 Longe, hospes, longe tamen erras, si mea credis
 Nomina in exiguo tota reposita solo,
 Quaque tot ob patriam pugnando vulnera passus,
 In cineres mecum versa abiisse leves.
 Atque utinam ob patriam tantum, nec dicerer hospes
 Cum patria et natis oppetiisse tribus.
 Quos ego suprema comites hortatus in hora,
 Vincere dum nequeo, pro patria perii.*

T V M V L V S

MICHAELIS TARCHANIOTÆ MARULLI,
 EUPHROSYNES TARCHANIOTÆ ET MA-
 NILII MARULLI F. Philosopho & Poë-
 tæ præstantissimo.

*Dum floruit magni decus Byzantii
 Marullus, alti lucidam Jovis domum,
 Laudesque factaque omnium extulit Deum.
 Visa suorum cade, patria ignibus,
 Leto parentum, fortis exilium tulit,
 Sacris operatus Muscis; fluvio perit,
 Aliis dolendus, ipse que præviderat,
 Æternitatis templa, non miser, colit.
 Plectro et decorus aureo, et tota gravis,
 Grajam facit cantu superare Pierin.*

PAULI TARCHANIOTÆ EUPHROSYNES
 fratri, Marulli avunculo.

*Quod procul Inachiis tegeris carissime ab oris,
 Desine de fato Tarchaniota queri.
 Una eadem terra est, quam cernis, abique locorum,
 Nec minus Elysium hinc, aut minus inde via est.
 Nam nobis mandata satisque superque dedisti,
 Tot rerum invictus pondere et exilii.*

ANTE TEMPLUM CORPORIS
 Christi.

Hic est cibus, qui plenè reficit non corpus, sed animam;

non ventrem, sed mentem. Si quis ex hoc comederit,
vivet in æternum. Christi Dei Opt. Max. Eucharistiæ ho-
nori Collegium hoc templum dicavit M. D. LVI.

IN HOSPITIO MERCATORUM.

Hic circes complector, opum quos cura fatigat.

IN S. CYRIACI.

Solus in obscuris degens Hieronymus antris,

Hic recubo montis accola Cimmerii.

Vnde mare & terras tenebrosasq; aëra circum,

Et video cœlum, quod colo, sydereum.



PISAURENSIA.

IN PISAURUM JUL. CÆS.

SCALIGER.

Hic Roma fulsit primùm spes ultima vita:
Unde loco atq; urbi nomina ducta canunt.
Dum Gallus Romana actis imitatur a vitis
Arma, premens arma Romula victor adest.
Postquam è sollicita posuit discrimina mente:
Torpuit occulto dextra soluta metu.
Ah quid agis soboles priscorum in victa deorum?
Rerum, non auri summa petenda tibi est.

IN PALATIO FRAN-
CISCI FRONTINI.

Consule antè opus.

Necede malis.

Nemo sibi nascitur.

Quod adest boni consule.

Delibera tardè.

Patientia finit opus.

Omnia potest exercitatio.

Vigilias lenit quies.

Regium

Regium est postera illustrasse.
 Nihil sine numine divum.
 Labor ex nihilo aliquid.
 Virtus est os animæ.
 Perseverantia coronatur.
 Sollicitudini omnia prosperé.
 Senesco addiscens.
 Mortalium vita brevis.
 Nosce te ipsum.
 Nihil citra pulverem.
 Somnus ab oculis.
 Verum decus in virtute.
 Amicus usque ad aram.

In adibus supra januam.

Hic in te descendens tecum semper habita.

LABORUM QUIETI: REFOCILLA-
 TIONI SPIRITUS.

IN HORTO DUCALI.

Statua loquitur.

Veneri vixi æmula. Saxo occuluit delicias livor. Pie-
 tate artificis æternum vivebam, nisi me vidisset marmo-
 ream Venus.

IN VILLA DUCIS.

Fr. Mariæ Duci Metaurensium á bellis redeunti, Leo-
 nora uxor animi ejus causa villam exædificavit, pro sole
 pro pulvere, pro vigiliis, pro laboribus, ut militare
 negotium, quiete interposita, clariorem
 laudem fructusq; uberiores
 pariat.



ARIMINENSIA.

IN ARIMINUM J. CÆSAR
SCALIGER.

*Prisca fui quondam civilis meta furoris:
Sed non fortuna meta futura fui.
Non tum arma toga, non cessit laurea lingua.
Cæsaris est facere, haud sub Cicerone loqui.*

INSCRIPTIONES.

IN PUBLICI PALATII CAENACULO QUO-
*dam, in parietibus circumquaq, historia depicta visun-
tur, cum subjectis inscriptionibus.*

- I. Ariminum á Comitibus Herculis conditum.
Cato de orig.
- II. Lucius Aufaponius bonus civis, deduxit colo-
niam Ariminum.
- III. Annibale victore, Imperium populi Rom. stetit
Ariminensium subsidio, inter xviii. Rom. colonias.
- IV. L. Sempronius Cos. compositis Siciliae rebus o-
ram Italiae legens, Ariminum pervenit.
- V. C. Cæs. militibus præmissis, mulis ad vehiculū
junctis, nondum die illucescente Ariminum occupavit.
- VI. Inter meliores, ditiores, pulciores Italiae civita-
tes, Ariminū á iii. viris militibus in prædam concessum.
- VII. Augustus Cæsar, quó urbs facilius adiretur, A-
rimino tenus Flaminiam munivit.
- VIII. Vespasianus & Titus Cæsares Arimini inve-
nere, M. Aponium c. & L. Tertalam cxxxvii. annos
vixisse.
- IX. In Ariminensi agro, in villa Galerii, loquutus
est gallus gallinaceus.
- X. Concilium, cui beatus Hieronymus interfuit,
Arimini est celebratum.

xi. Arimi-

XI. Ariminum á Gothis obsessum, per Bellisarium & Narsetem Duces Justiniani liberatum.

ALIA VETUS INSCRIPTIO.

Cajus Marius Cos. VII. Pater Trib. Pleb. Q. August. Tribunus militum. Extra sortem bellum cum Jugurtha Rege Numidiæ postquam gessit, eum cepit, triumphans in secundo consulatu ante currum suum duci iussit. Tertium consul absens creatus est. I v. Consul Teutonorum delevit exercitum. v. Consul Cimbro fudit; ex illis & Teutonorum iterum triumphans, Remp. turbatam seditionibus Trib. Pl. & Prætorum, qui armati Capitolium occupaverant, VI. Consul vindicavit. Post LXX. annum patria per arma civilia pulsus, armis restitutus, VII. Cos. factus est. De manubiis Cimbricis & Teutonicis ædem Honori & Virtuti victor fecit. veste triumphali, calceis patriciis, &c.

IBIDEM.

Q. F. Maximus Dictator, bis Cos. v. Censor. Sacrorum II. Æd. Cur. Q. II. Tr. Militum. II. Pont. Augur. Primo consulatu Ligures subegit, ex iis triumphavit tertio & quarto. Hannibalem compluribus victoriis ferocem subsequendo coercuit. Magistro equitum Minutio, cujus populus imperium cum Dictatoris imperio æquaverat, exercitu profligato subvenit, & eo nomine ab exercitu Minutiano pater patriæ appellatus est. Consul v. Tarentum cepit, triumphavit. Dux ætatis suæ cautissimus, & rei militaris peritissimus habitus est. Princeps in Senatu duobus lustris lectus est.

AD FRANCISCI.

Sigismundus Pandulfus Malatesta Pandulfi F. ingen-
tibus meritis, probitatis, fortitudinis, generi suo, majori-
bus posterisque;

Sum Sigismundi Malatesta é sanguine gentis

Pandulfus genitor, patria Flaminia est.

FONTIS.

Pauli III. P. M. munus.

TUMULUS

THEMISTII BIZANTINI, Philosophorum
sua tempestate principis; reliquum Sigif. Pandulfus Ma-
latesta, Pand. F. belli Pelopon. adversus Turcarum regem
Imp. ob ingentem eruditorum, quo flagrat, amorem, huc
adferendum, introq; mittendū curavit. M. CCCC. LXV.

INSCRIPTIO AD RUBICONEM FL.

Jussu mandatūve P. R. Cos. Imp. Trib. mil. Tiro,
commilito armate, quisquis es, manipulariēve centu-
rio, turmæve legionarie, hîc sistito, vexillum finito, ar-
ma deponito, nec citra hunc amnem Rubiconem signa,
arma, exercitum, commearūve traducito. Si quis er-
go hujuse jussionis adversus præcepta fecerit; adjudi-
catus esto hostis P. R. ac si contra patriam arma tulerit,
penatesq; é sacris penetralibus asportaverit. Sanctio ple-
bisciti Senatūsve consulti. Ultra hos fines arma ac signa
proferre liceat nemini. S. P. Q. R.

IN TEMPLO MALATESTARUM.

Σιγίσμενδ^Θ πανδ'έλφ^Θ μαλτέσας, πανδ'έλφ^Θ
πλείσων τε κ' μεγίστων κινδύνων κ' ἰταλικῶ^{*} πόλεμον
ᾤσωθεὶς νικηφόρ^Θ, ὑπὸ τῆ^ς ἐπιτοσεί περὶ χθόντων ἀ-
φρείως καὶ ἀτυχῶς Θεῶ^ν ἀθανάτων, καὶ τῆ^ς πόλει, ὡς ἐν
τῆ^ς αὐτῆ^ς ᾤσει ἀσει τυχῶν, διξάμεν^Θ, μεγαλοπρεπῶς
ἀναλώσας ἤγειρεν, καὶ μνήμα κατέλιπεν ὀνομαζόντε
καὶ ὄσιον.

FULGINIAE.

*Salve stella maris, lucens per secula cunctis.
Qua geris in gremio qui Deus est & homo.*

IN ADITU TEMPLI.

Pulcrum fuit nasci, sed salubrius redimi.

ALIUD.

*Ad mortem properas, vel si hic paulum ipse moreris.
Siste gradum, cceptum tutius ut sit iter.*

TINTIN

*Tutum iter ad mortem, tutum si vivere temnas
Ut vivas. vita hac cura fit una tua.*

Ugolino Crispolto Perugia genus & nobilitatem, Ve-
stonium sedem & honestas opes, Fulginia uxorem & ur-
nam dedit.



FANENSIA.
IN CATHEDRA JUDICIS.

SUB GIGANTE PORTANTE
cælum in humeris.

Non levius fert pondus optimus Senator. Loquuntur
multi, pauci dicunt.

AD CAMILLI.

*Justitiam rectumq; sequi monstrante Camillo
Discite: sitq; dolo vincere turpe viris.*

ITEM.

*Impietas pietate nova depulsa parentis
Pro patria in patriam nos docet esse pios.*

ITEM.

*Pugnant tergemini per mutua vulnera fratres
Asserere imperium, non sibi, sed patria.*

ITEM.

*Pro patria certamen obi, tibi candidus ales
Fiet, opemq; feret, sit licet ipse niger.*

ALIUD.

*Mollit, agit, nequitq; aures facundia, sed non
Labem animi eloquio tollere lingua potest.*

Quod si Reipub. opes tum in sua quisq; privata com-
moda, tum in cuiusvis gratiam profundere decrevistis;
ad illum saltem P. C. angulum reservate.



SENENSIA.

IN SENAM JUL. CÆSAR
SCALIGER.

Cum premere in victis vicinas viribus urbes
Martius imperii sollicitaret amor;
Abstinui, & justam colui sub pace quietem:
Summaq; judicii maxima, nolle, fuit.
Quot nam oblita sui, qua regna aliena petebant?
Ut mea sim, pro me sit potuisse satis.

INSCRIPTIONES.

IN LITHOSTROTO SUMMI TEMPLI
imagines Sibyllarum posita, an. 1482.

I. SIBYLLA

ALBUNEA, seu Tiburtina, quod Tiburi
pro Dea coleretur.

Nascetur Christus in Bethlehem, annunciabitur in Nazareth, regnante Tauro Pacifico, fundatore quietis. O felix mater cujus ubera ipsum lactabunt!

II. SAMIA, de qua loquitur Eratosthenes.

Tu enim stulta Judæa, DEUM tuum non cognovisti, ludentem mortalium mentibus, sed & spinis coronasti, horridumq; fel miscuisti.

III. PHRYGIA, quæ Ancyra vaticinata est.

Tuba de cælo luctuosam emittet vocem: tartareum chaos ostendet dehiscens terra; venient ad tribunal DEI reges omnes: DEUS ipse judicans pios simul & impios, tum demum impios in ignem & tenebras mittet; qui autem pietatem tenent, iterum vivent.

IV. HELLESPONTICA, in agro Trojano nata, quam scribit Heraclides tempore Cyri fuisse.

In cibum fel, in potum acetum dederunt; hanc inhospitalitatis

spitalitatis monstrabunt mensam. Templi veró scinde-
tur velum, & medio die nox erit tenebrosa tribus horis.

V. L I B Y C A, *cujus meminit Euripides.*

In manus iniquas veniet: dabunt D E O alapas mani-
bus incestis: miserabilis & ignominiosus, miserabili-
bus spem præbebit.

VI. C Y M B A, *quam Piso in annalibus
nominat.*

Et mortis fatum finiet, somno trium dierum suscepto;
tunc á mortuis regressus in lucem veniet, primus resur-
rectionis initium ostendens.

VII. D E L P H I C A, *de qua Chryseppus.*

Ipse tuum cognosce D E U M, qui D E I est filius.

VIII. C U M A N A, *cujus meminit
Virgilius.*

*Ultima Cumæ venit jam carminis ætas,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Jam nova progenies cœlo demittitur alto.*

IX. E R Y T H R Æ A, *quam Apollodorus
suam ait esse civem.*

De excelso cœlorum habitaculo prospexit Dominus
humiles seruos, & nascetur in diebus novissimis de vir-
gine Ebræa in cunabulis terræ.

X. P E R S I C A, *cujus meminit Nicanor.*

Panibus simul quinque, & piscibus duobus hominum
millia quinque; in eremo satiabit, & reliquias tollens duo-
decim cophinos implebit, in spem multorum.

A Q U I L Æ lemma.

Inviçto posita hæc Carolo sum Casare Quinto.

I N S E R I E P A P A R U M J O A N. I I X.
inscriptio.

Femina de Anglia.

O

IN DOMINICI.

*Quisquis ab Hesperis venisti sedibus hospes,
Accipe qua referas, si rediturus ades.
Perpetuó flendus jacet hic Antonius atra
Morte Dias, hoc te nolo latere, vale.*

Ob. Ant. Dias Lusitanus 6. Id. Jul. an. 1541.

Sylvii, Pii. II. P. M. Patris,
ad Mariæ.

*Sylvius hic jaceo, conjux Victoria mecum est.
Filius hoc clausit marmore Papa Pius.*

AD DOMINICI.

D. O. M. Angelo Placito juveni Græcæ Latinæque lin-
guæ peritiss. mira animi, generis & corporis nobilitate
clariss. sexta ætatis suæ Olympiade defuncto, cujus mores,
virtutesque omnes, intuentes Parcæ, senem putavere: Jo.
Bapt. pater omnium infeliciss. æternum lacrymans B. M.
P. An. fal. 1522.

IN SACELLO UBI OLIM FUIT BIBLIO-
*theca Æneæ Sylvii, qui postea dictus est Pius II. hæc
ipsius elogia leguntur.*

Æneas Sylvius Picolomineus natus est patre Sylvio,
matre Victoria, VIII. Octobr. Anno M. CCCC. V. Cor-
siani, in fundis gentilitiis.

Basileam ad Concilium contendens, vi tempestatis in
Libyam propellitur.

Æneas Sylvius á Basiliensi Concilio in ulteriorem Bri-
tanniam orator, ac Scotiam ad regem Calixtum missus, á
tempestate in Norvvegiam pulsus, & per Britanniam, re-
gios speculatores eludens, Basileam revertitur.

Hic Æneas á Felice V. Antipapa legatus ad Fridericum
III. Cæsarem missus, laurea corona donatur, & inter ami-
cos ejus & secretarios annumeratur & præficitur.

Æneas á Friderico III. Imp. legatus ad Eugenium IV.
missus, non solum ei reconciliatus est, sed hypodiaconus
& secretar. mox Tergestinus, deinde Senensis antistes cre-
atus.

Æneæ

Æneas Friderico III. Imp. Leonoram sponsam exhibet, & puellæ ac regum Lusitanorū laudes complectitur.

Æneas Senensis antistes ad Calixtum III. orator à Friderico III. missus, Pontif. ad bellum Asiaticum armat, & Patrum Principumq; omnium rogatione Cardinalis efficitur.

Calixto mortuo, Æneas Cardinalis Senensis acclamatione Patrum, apertisq; suffragiis Pontifex deligitur, & Pius II. nominatur.

Pius II. Pontif. Max. à Ludovico Mantuanorum Principe, classe in naumachiæ speciem exceptus, v. i. Kal. Junii Mantuam ad indictum de expeditione in Turcas conventum ingreditur.

Pius II. Pontif. Max. Catharinam Senensem, ob innumera ejus miracula, inter divas retulit.

Pius II. cum Anconæ expeditionem in Turcas acceleraret, ex febre interiit: cujus animam Eremita Camaldulensis in cælum efferri vidit. Corpus veró Patrum decreto in urbem deportatum est.

SUB SOCRATE ET CRATETE.

*Huc properate viri: salebrosum scandite montem:
Pulcra laboris erunt premia, palma, quies.*

Sub quadam pictura.

*Deum maximum & posteros offendi.
Utrisq; debeo; neuter mihi.*

A L I B I.

*Hoc hospes potes estimare saxo,
Humani nihil esse non caducum.*

I T E M.

*Domenico da Siena, testa matta,
E qui sepolto, un huom senza vergogna,
Nacque, risse, e morì con tanta rognà,
Che costì morto, morto ancor si gratta.*

O ij

IN ARCE NOVA.

Cosmus Medices Dux Florentiæ & Senarum, Arcem
& unâ Senensium quietem & securitatem fundavit. An-
no 1561.

AD S. MARIÆ.

Castissimæ virginis templum casta mente ingredi,
IN TURRI.

Petrus Antonius de Allegretis hujus turris sublimita-
tem vetustate consumptam instauravit an. 1566.

AD FRANCISCI.

D. O. M. Quisquis es, si pius es, ne parco lacrymis.
Hieronymus Saracenus hoc paruo contegor tumulo: qui
dum ab hostibus obsessam patriam liberarem, pectus cly-
peum pro civibus offerens, victoriam & immortalem
mortem reportavi. Quæ superis, naturæ, patriæ, amicis,
parentibus debui, persolvi. Si piæ patriam amas, quæ so-
ne invidas. In acerbissimam pietatem mœstiss. parentes P.
P. quarta Olympiade nondum peracta. An. 1526. m.
Quinct. d. 27.

IBIDEM.

Camillo Saraceno indolis ingeniiq̃ue egregii puello,
unico ampliarum fortunarum hæredi, ex ponticulo á pa-
rietum structoribus malè fulcito delapso, & exanimato,
Virginea mater, nunc vidua & infausa, fecit. cujus orbi-
tate luctum nunquam finiendum, pueriq̃ue casum lector
condoleas. Vixit an. 9. m. 3. dies 8. & 20.

IBIDEM.

D. O. M. Nannem Marsilium, ne immortalis fieret (id
enim de se promittebat) in XII. ætatis suæ anno imma-
ra mors exstinxit: præclara Camilla, illa inquam Mar-
sili conjunx, delicias suas hæc posuit, quæ generosæ pro-
lis studiosa, dum mortaleis immortalis Nannem & Mu-
tium filios faceret, quod diis proprium; humano invi-
dens ingenio, mors præripuit. An. 1533. d. 11. Novembr.
Ad

Helconoræ Piccol. Hieron. F. pudicitia inenarrabili, egregiaque forma præditæ, prudentia veró plus quàm fœminæ, diem suum obeunti, Augustus Chisæus uxori carissimæ suavissimæq; P. C. Ob. 3. Id. Febr. 1561.

I B I D E M.

Servatori Deo pacis custodi. Genio, Manib. & umbræ Georgii Ecard. civis Inspruchensis: Erasmi Mani de Fuchstadt Germanicæ cohortis præfecti primipili subcenturionis, qui illustriss. Joh. Baptista Archii Comite Proprætoris, Tribuno, Senensi bello, Cæsaris secutus militiam, clarissimum decus sibi suisq; peperit. Prælio veró quod apud Marcianum depugnatum est, pro sua virili Germanum nomen insigni gloria præstitit inviolatum. Decessit ann. sal. 1556. prid. Kal. August. æt. suæ an. 30. d. 7. flentes P. P. commilitones.

I B I D E M.

Margaritæ Griffolæ incomp. prudent. integrit. q. matronæ, conjugii cariss. qua cum 2. & 20. ann. conjunctiss. amanti. q; vixerat: filiosq; 20. ex ea suscep. Scipio Verdellus, non tam senio quàm mœrore confectus, P. C. Vixit ann. 66. Obiit Kal. Jul. 1563.

I B I D E M.

Euphrasæ ex Illiceor. Comitū gente, Claudio Socino juveni nobiliss. desponsatæ, quæ, egregiam teneris in annis corporis pulchritudinem senili prudentia superabat. Hanc, dum illi Hymenæus lætus frequenti pompa jam nuptiales tædas accenderet, invida Mors atras faces præferens, in quarto decimo heu nefas ætatis suæ anno extinxit. Achilles Illiceus Comes, & Catharina Burghefia parentes mœstiss. P. P. 111. Non. Mart. 1554.

I B I D E M.

Porciæ Saracenæ Jul. F. prole ac virtute fœcundæ, 7.

superstitib. lib. diem pudiciff. functæ, Virginia mater do-
mo ejus penitus destituta, & Claud. Ptolemæus conjunx,
omnium mœstiff. pié P. P. Vixit annos 32. m. 4. d. 7. Ob.
prid. Kal. Jul. 1553.

• Vixit tanquam moritura.
Mortua est tanquam victura.

I B I D E M.

Aureliæ Petrucciæ Burghesii filię, cui nihil defuit quod
fas esset optare, post annum alterum & 30, quàm terris o-
stensa est, cælo redditæ, Camillus conjunx lacrymans P.
4. non. Novemb. an. Dn. 1542.

I B I D E M.

Lact. Lucarinus causid. Senensis, spiritum Deo, prolem
Naturæ, labores Forti, probitatem Famæ, nefas herebo,
ossaq; sepulcro. sibi vivens ac posteris D. an. sal. 1558.

I B I D E M.

Non ita multum curandum est eis, qui necessarió mo-
rituri sunt, quid accidat ut moriantur: sed moriendo quó
ire cogantur. Christophorus Francisconius, hoc sibi & po-
steris dicavit monumentum.

A D C A R M E L I T A S.

Hieronymus Sermoneta Jo. F. hac urna trimulus con-
ditur. Parentū vita, dum vixit; dum moritur, mors. Nunc
orbi urbem & orbem, fastus & festa fastidiunt. 1501.

I N T E M P L O X E N O D O C H I I.

Jo. Bucius Eques, hujus Xenodochii rector, Jacobusq;
Pius frater, Gneaq; utriusque dilecta mater, ut domi in
vita, sic post obitum heic uná esse voluerunt. An. 1519.
d. 24. Aug.

I T E M:

Joannes Ugurgerius decreto publico heic situs est. De-
cessit montis aperti clade an. sal. 1260. Is adeó auri abun-
dans fuisse fertur, ut necessitatis tempore ultró reip. duos
currus

currus auro refertos Reip. obtulerit, tantundem, aut plus etiam, sibi in ædib. reservans. Ob id etiã ædes in foro reliquis omnibus prominentiores ædificare cõcessum est illi. Item, ut primus civiũ in summo hoc templo sepeliretur.

D. O. M.

*Campanus jacet hic nostri clarum decus ævi,
Eloquio resonans, carmine, & historia.
Nec tamen hic totus. sola hic sunt ossa. petivit,
Calum anima, astit orbem gloria, corpus humum.
Interit corpus: vivit sed gloria: vivit
Spiritus. in solo corpore mors potuit.
Vixit an. l. Ob. an. sal. 1477.*

A L I U D.

*Humanis nulla est rebus fortuna perennis;
His mundi vicibus deniq. finis erit.
Ne querere afflictus, neu tu confide secundis;
Omnia sub parvo dispereunt tumulo.
Sed venerare Deum, si mox cupis esse beatus.
In caca heu transfert tartara nos vitium.
Bonfignor de Celsa Canon. Senen.
& Doctor Pontificius hoc sibi
mon. vivus P. 1505.*

I T E M:

Illustri Joan. Bentivolo I I. cujus si virtutem spectes, satis vixit; si ætatem, parum. Is cùm in exercitu Henr. I I. Franc. regis alæ equitum magna cum laude præesset; ad paludem Clavis á copiis Florētix Ducis oppressus, in bello quod pro evertenda Senen. libertate gerebat, maluit in prælio fortiter occumbendo egregiam sui memoriã relinquere, quã fugiendo turpiter avitæ gloriæ deesse. Cornelius Bentivolus, & Anton. Gal. fratres mœstiss. P. P. An. Dn. 1554. Vix. ann. x x.

A D D O M I N I C I.

*Impia mors rapuit quos huc Germania misit.
Et dedit his requiem religionis amor.
O iiiij*

D. O. M.

*Nobilis ex claro majorum sanguine cretus,
 Nicolaus Reibeis hac tumulatur humo.
 Cui fortuna favens dederat naturaq; dextra,
 In magno qua sunt cunq; petenda viro.
 Qui studii longi jamjam petiturus honores,
 Præripitur patri spesq; decusq; soli.
 Sed mortalis erat, tumulus mortalia condit,
 Spiritus in Christi viro agitq; sinu.*

Nic. Reibeisen Germanus Bavarus decessit an.
 Dn. M. D. LII. XXIV. m. April. ætatis suæ
 XXIV.

A D D O M I N I C I.

Johannes Trugfes, ex Waldersvvalde, nobili ortus ge-
 nere, Juris Pont. Doctor, heic situs est, numerans annos
 suæ ætat. 33. quū Friderico Saxonix Duci Senę famulatur,
 diem clausit. An. sal. 1494. Jan. die 24. profecutus do-
 mini, & civium & confamulorum lacrymis piiss.

I B I D E M.

Heic jacent ossa Georgii Franchi U. J. D. anima verò
 ubi in vita præparavit. Ob. 8. d. Maji, h. 14. An. sal. 1545.

I T E M :

*Nemo me lacrymis plorat, nam mortua non sum.
 Virgo sed in superis lata beata locis.
 Marmore tu cinerem claudis Hieronyme conjux,
 Ipsa sed ante Deum supplico ut astra petas.*

Montanimæ Laurentii Boninsignii Equitis F. gratia
 & decore supra cæteras insigni. quæ vix. an. 25, cum viro
 9, trib. liberis superstibus decessit. Hieron. Petruccius
 uxori honestiss. & concordiali B. M.

*Cur turbata fremit Pallas? cur Delia clamat?
 Cur lacerat sero nunc Venus ungue genas?
 Occubuit quoniam sapientia, forma, pudorq;
 Cuncta puellari corpore juncta simul.*

Prob

*Proh mala fors hominum! nam quæ preciosa supersunt,
Continuò properat impia mors rapere.*

EXTRA PORTAM CAMULIAM.

Cæs. Fridericum III. Imperat. & Leonoram sponsam Portugal. Regis F. hoc se primùm salutasse loco, lætisq; inter sese consultasse auspiciis, marmoreum posteris indicat monumentum. An. Dn. 1451. 7. Kal. Martias.

AD S. MARIE.

Hermes Trismegistus, contemporaneus Moyfi. Suscipite literas & leges o Ægyptii. Deus omnium creator secum Deum fecit visibilem, & hunc fecit primum & solum, quo oblectatus est, & valde amavit proprium filium, qui appellatur sanctum Verbum.

IN S. DOMINICI.

GERMANI CUJUSDAM EPITAPHIUM.

*Vina dedere neci Germanum, vina sepulcro
Funde, sitim nondum finiit atra dies.*

IN S. AUGUSTINI.

*Quid lacrymis opus est conjux, quid plangere prodest?
Sunt sacrata Deo cantica grata magis.
Est commune mori, nulli vitabile, quid vis?
Hunc passum semper mors comitata fuit.
Pignus amoris habes nostri pro morte relictum,
Cujus prima dies hæc mihi summa fuit.*

IN S. SPIRITUS.

Alexandro Ugolino, peditum Præfecto, suæ vitæ brevitate in patriæ obsidione rerum gestarum magnitudine compensante, acerrimo tormenti ictu tandem sublato, Julius & Nicolaus fratres mœstissimi posuerunt, suæ ætatis anno xxix. Idib. Aprilis M. D. LIV.

POTATORIS.

*Vina dabant vitam, mortem mihi vina dedere;
Sobrius auroram cernere non potui.*

*Ossa merum sitiunt, vino consperge sepulcrum,
Et calice epoto care viator abi.*
VALETE POTATORES.

IBIDEM.

Honorata Ursina puellarum decus, matronarum splendor, conjugum honos, pudicitiae jubar, sanctimoniae templum, virtutum & formae cumulus, hoc brevi conditit sarcophago.

AD SANCTUM BERNARDINUM
extra muros.

PAULO VITELLIO,

A quibus non debuit injuste confosso, post condonatum, ut Christianum decet, injuriam religiosissime mortuo, Anton. filius piiff. patri benemerenti. Vix. ann. LXII. mens. VIII.

IBIDEM IN CELLA.

*Grata domus, genitor, frater, cariq;, sodales,
Et quondam preciosa mihi terrena valete.
Sat me lethifera mundus dulcedine lusit,
Sat tenuit me falsus amor, discedo solutus
His laqueis, secura juvat jam claustra subire.
Nudus ab hoc pelago veniens ad litus amœnum,
Te bone Cbriste sequor; solus mihi sufficis unus.*

IBIDEM.

*In mundo spes nulla boni, spes nulla salutis.
Sola salus servire Deo, sunt cetera fraudes.*

IN PRÆTORIO SENENSI AD IMAGINES
Julii Cæs. & Cnei Pompeii.

*Hos pietate viros animis infigite cives:
Publica concordia dum sunt bona mente secuti;
Majestas Romana duces tremefecit & orbem.
Ambitio sed cæca duos ubi traxit ad arma;
Libertas Romana ruit, scissoq;, Senatus
Heu licet & puero caput alta ascendere Roma.*

VITER.



VITERBII

IN CURIA.

PRodesse velis semper: præesse raró: obesse nunquam.

IBIDEM AD REGUM ET PRINCIPUM
Viterbiensium imagines.

1. Magnus Osyris, primus heic coloniam P.
Constantia civium arx munitiss.
Florente repub. omnia bona suppetunt.
2. Atilas ab Osyride rex Coloniae institutus.
Bene gestorum memoria non senescit.
Virtutes urbi vera sunt ornamenta.
3. Coriadus in principatu Atilanti successit,
Honestum & decorum expetendum.
Nefarium, temp. habere quaestui.
4. Jafius ex Coriada Jafrellas thermas invenit; & Cibellarium coluit.
Seniorum vitæ Juniorum mores
Publicum auget, Privatum dissipat.
5. Hercules nos Arbanò Herculis oppido, ac insigni leone decoravit.
Bonum consilium consultori optimum.
Felix repub. ornata bonis civibus.
6. Tyrrhenus Derbus, Herculis nepos, á quo Tyrrheni & Derbenses dicti.
Vir sapiens est civitatis splendor.
Saluti pub. semper consulendum.
7. Janus horum omnium pater.
Præmia magistratus, honor & gloria.
Servata pace restituta felicitas.
8. Darron é Tyrrheno xii. oppida hac in regione condidit.
Nihil præclarius, quàm bene de rep. mereri.
Præferre patriam liberis regentem decet.

9. Desiderius Rex fecit fanum almæ Vulturniæ Lucomonæ. Hæc i v. castella muro cingens, Viterbium appellavit.
Summum bonum civitati, optimé gubernari.
Fortis & prudens.
10. Joan. Palæologus Viterbiensis Constantinop. Imp.
Dux bonorum omnium veritas.
Ab optumo longé ambitio relegata.
11. Joan. Palæologus junior familię ultimus hæc moritur.
Frugalitas commune præsidium.
Fama virtutum, tuba perennis.
12. Joan. Annius Viterb. historiam patriam illustravit.
Labor æterni fator.
Concordia civium firmamentum Reip.

DECRETUM JUL. CÆSARIS DE M. TUL.
Cicerone, inventum Viterbii.

M. Tullium Ciceronem, ob egregias ejus virtutes, singulares animi dotes, per totum orbem nostris armis virtuteq; perdomitum, saluum & incolumem esse jubemus.

C. Jabolenus.

SUPRA JANUAM QUANDAM CURIÆ.
Modesté accedendum: Modesté recedendum.

IN ALIO CONCLAVI.

Semper adesse Deum cogita.
Nulla pallefcere culpa.
Divinum semper excipito.
Tranquillitati comes unanimitas.

TICL



TICINENSIA.
IN TICINUM J. CÆSAR
SCALIGER.

*Qua citus Eridani ditat Ticinus arenas,
Gratus honoratas hospitis hospes aquas:
Lux studiorum ingens: regum pulcherrima sedes,
Signat inexhausti jugera plena soli.
Devicta Italia, reliquis volueret relictis
Magnanimi hac potius parte sedere Duces.
Pace tua, Hesperia alma parens, hæc dixero: quanta es?
Quanta ve sum? totum es: pars tamen una placet.*

INSCRIPTIONES.

IN FRANCISCI.

Baldus editiorem sortitus locum, hic octo & decem supra centum annis obdormierat. M. D. XIX.

IN NOVO MONUMENTO EPITAPHIUM
Baldi J. C. clariss.

*Vita, labor, studium, divini cultus amoris,
Artes natura, regis fulgentia dicta,
Legales norma, pastorum calica jura
Ornant Baldi animam, qua pandent dogmata clara.
Quisquis nunc linquit mortalia pondera carnis,
Dulcia jam gestans auctoris pascua sumit.
Conditur hic Baldus, Francisci tegmine fultus,
Doctorum princeps, Perusina conditus arce.*

Obiit 1400. die 28. April. in aurora.

ALIUD EJUSDEM.

*Filius Astræ, morum pater, artis alumnus
Cæsarea, verus religionis honos.
Baldus Perusii ducens cognomen ab urbe,
Clauditur hic, animam sidera summa tenent.*

TICINENSIA.

FRANCISCI CURTII.

*Sacrarum interpres legum, sanctissimus olim
Franciscus, patria gloria magna sua.
Quem probitas, quem cana fides, pietasq; decorum
Fecerat, hoc positum marmore corpus habet.*

Obiit 1495. 3. Julii. Bernardinus Curtius gratus filius fieri iussit.

ALIUD.

Luitpardus Longobardorum Rex inclytus, obtranslatum D. Augustini corpus, templum hoc simul & Abbatiale coenobium religiosè inibi degentibus, cum dote instauravit. Anno DCC. XVII. *Infra*. Hic jacent ossa Regis Luitprandi.

EPITAPHIUM ALCIATI, IN
ade D. Epiphani.

D. M.

Andræ Alciato, Mediolanensi J. C. Comiti, Protonotario Apostolico, Cæsareoq; Senatori, qui omnium doctrinarum orbem absolvit, primus legum studia antiquo restituit decori. Vixit ann. LVII. mens. VIII. d. IV. Ob. prid. Id. Januarii, anno M. D. L. Franciscus Alciatus J. C. A. B. M. P.

Ad sinistram: μηδὲν ἀνακαλλόμενος.

Ad dextram: ἀνδρὸς δικαίου κέρπος ἐν πολλοῖσι.

ALIUD.

Christophoro Truchses, sacri Rom. Imp. hæreditario Dapifero, Baroni in Walpurg, Trib. milit. Cæs. in expeditione Africana ornamentis Equitis donato, D. Caroli V. Imp. manu.

*Austriacum in Turcas bellum, Caroliq; triumphum,
Tunisia fauces salsaq; stagna maris,
Virtutis monumenta tua immortalia præstant,
Corporis hic tantum stat fugitivus honos.*

Otho Gymnasiarcha Fr. cariss.

M. D. XXXV.

AD

AD ARAM.

*Si miraris opus, tantiq; hac signa decoris;
Qualia sidereis sedibus esse putas?*

EXTRA URBEM AD JACOBI

Jasonis J. C. tumulus.

Jason Mainus Jurecōsultus, Eques & Comes, quisquis
ille fuerit, hic requiescit.

*Materia vincor. & tu vis ire viator,
Expeditam jacet hic ille Maynus. abi.*

EPITAPHIUM FRANCISCI BORSANI
nepotis Petrarchæ, infantis.

*Vix mundi novus hospes eram, vitaq; volantis
Attigeram tenero limina dura pede:*

*Franciscus genitor, genitrix Francisca, secutus
Hos, de fonte sacro nomen idem tenui.*

*Infans formosus, solamen dulce parentum;
Hinc dolor. hoc uno fors mea lata minus.*

*Cætera sum felix, & vera gaudia vita
Nactus, & aeternæ tam citò, tam facilè.*

*Sol bis, luna quater flexum peragraverat orbem,
Obvia mors, fallor, obvia vita fuit.*

*Me Venetùm terris dedit urbs, rapuitq; Papia.
Nec queror. hic calo restituendus eram.*

IN ACADEMIA.

Quæ pater Wilhelmus, S. R. Imperii hæreditarius Dapifer, Baro in Waldpurg, cum hujus Academiæ Rector esset, gentilitia insignia facienda curaverat; Otho filius, in eodem magistratu post ann. xxxvi. restaurari jussit. Anno Dom. 1535. Scholares Acad. tum habebat 500. ex his Jurisprud. Studiosos 350.

IN MONASTERIO CARTHUSIANORUM.

Joannes Galeacius Vici Comes, Magni Matthei pronepos, sub Galeacio patre ad magna institutus, rem militarem primus in Italiam reduxit, bellator indefessus, suo

auspicio, & aliorum ductu, barbaros & hostiles exercitus, sive injurias ulcisceretur, sive socios & amicos defenderet, sive regni fines ampliaret, occidione devicit. Regum generatque socer, affinitates, amicitiam & societatem cum potentiss. Regibus junxit; Religionem Dei amplexus, collapsa templa restituit: nova magnificè & opulenta extruxit; Hierosolymis sacellum & aras erexit: domi & bello disceptator prudens, justus, magnificus, Papiæ Scholas, cujuscunque scientiæ Doctoribus annua salaria instituit: arces, partim * partim situ & natura validas munitiores, alias manu & opere inexpugnabiles fecit, gentes omnes á mari Tyrrheno ad Venetorum usque littora sub fidem & imperium redegit, ex gubernatore regni dominus & Dux creatus, ad excelsa rerum humanarum fastigia viam affectabat, nisi in Italię jacturam fata intercessissent. Constituit moriens cor Viennam Allobrogum, reliqua intestina ad Gallæcos deportari, & in ædibus divorum Jacobi & Antonii, ossa veró in cœnobio Carthusiensium juxta Papiam condi testamento jussit. Vixit annos 47. m. 10. d. 19. Obiit 1402. Mediolani. Regnavit annos 24.

A L I U D.

Jo. Galeacio Vici Com. Duci Mediol. primo, ac priori ejus uxori, Carthusiani memores gratiq; posuerunt. M. D. LXII. die 22. Decemb. Vixit annos 47. m. 10. d. 19. Obiit M. CCCC. II. Regnavit annos 24.

AD SIMULACRUM DEI PARÆ.

*Corpus virgineum Christi spectator adora,
Victima qui pro te sanguinolenta fuit.
Hic tibi vitalis liquor est pręgrator illo
Nectare, quod veteres anté bibere patres.*

AD AUGUSTINI.

Michaëli Zieglero patritio Suevo. Qui plurimis cüm Germaniæ & Galliæ, tum Italiæ civitatibus peragratis, ob præclaras animi ingeniiq; dotes multorum gratiam conciliaverat, demum hoc Ticinensi Gymnasio adeó in omni virtutum genere excelluerat, ut non minús in Philo-
sophia

sophia quàm in Jurisprud. atq; in Musicæ modulis flo-
ret. quiq; cum in Syrii ardoribus æstus leniendi causa Ti-
cino amni natans se credidisset; ejus vorticibus involu-
tus, diem obiit. Anno 1564. Non. Quint. æt. suæ xxxvii.
Jo. Corradus Cotvitz, cui flebile desiderium reliquit, so-
cius socio carissimo atq; opt. merito mœstiff. P.

*Suevia me genuit, rapuit Ticinus, habet nunc
Urna brevis. calidis te lave lector aquis.*

A L I B I.

Tegitur hoc lapide Joach. Curtius J. C. patriæ decus,
vitæ speculum, pacis amator, præcipuus vitiorum osor.
1502. 3. Novemb.

A D C A R M E L I T A S.

Hieronymo Tornello Jureconsulto maximo, quem ad
intimam arcanamq; Juris sapientiam enucleandam, & ad
totius exemplum sanctitatis & justitiæ, natura pepererat,
hæredes Opt. M. mœstiff. ad tempus pp. Vixit annos LXX.
Obiit anno M. D. LXX. x. Cal. Novemb.

*Credite nunc vati augusto posse aquora claudi.
Cum quicquid legum est, hac brevis urna tegat.*

A L I U D.

N. Ripæ Jureconsult. primi nominis Senat. Duc. Com.
Palat.

Helis Gentilis uxor, & sex liberi.

Hoc hospes potes estimare saxo,

Humani nihil esse non caducum.

A L I U D.

Vita bonum mendax. longo dignissime seculo,

Hic tegit extinctum te Nicoline lapis.

Heu quantos Ticino luctus lacrymasq; relinquis,

Interpres legum consiliq; pater!

A D C E R T O S A M.

Jo. Galeacio Vici Comiti Duci Mediolan. i. ac priori

P

ejus uxori, Carthusiani memores gratiq; P. P. An. 1562. a.
d. xx. Decemb.

Tituli rerum ab eo gestarum.

1. Imperio auspicioq; suo hostiles exercitus debellat.
2. Præturam militarem à patre accipit.
3. Finibus prolatis Dux Mediolanensis ab Imp. Wenceslao creatur.
4. Papiæ liberalium artium scholas exstruxit.

AD CARMELITARUM.

Reverend. Carmelita D. Archangelus Lafraconus Papiensis, infula Theologorum redimitus, Ticinensi Gymnasio vivens legit, legens obiit. legebat ut doceret, sciebat ut bene ageret. Anno M. D. LXV. VII. Cal. Decemb.

IN FRANCISCI.

Tegitur hoc lapide Luchinus Curtius Juriscons. patriæ decus, vitæ speculum, pacis amator, præcipuus vitiorum malleus. Ob. M. D. II. III. Novemb.



B O S C I.

AD S. CRUCIS.

Pius v. Gislerius Boschensis, ex ordine Prædicatorum Pont. Opt. Max. à fundamentis erigi curavit. An. 1574.

IBIDEM.

Pius Papa v. Boschensis, ex familia Gisleriorum oriundus, ordinem Prædicatorum professus, diem mortis universalisq; resurrectionis præ oculis habens, à die assumptionis suæ ad apicem Apostolatus, monumentum istud erigi mandavit, pro cadavere suo reponendo, quomodo divinæ clementiæ visum fuerit, ipsum ab hoc seculo nequam eripere.

CENTUM CELLIS.

Pius Papa v. P. M. hanc turrim S. Michaëlis, cum aliis
xv. in littore maris pro communi securitate á fundamen-
tis erigi & muniri mandavit. An. 1569.



P I S A N A.

I N P I S A S.

Pisa vetus, victi spoliis Orientis onusta,

Invidia armavi livida tela trucis.

Sic nocuit vicisse, aliis sic vicimus ergo.

Sic res est humili tutior arcta loco.

Mortales sperate vices, nec credite Fatis.

Nam quod nos aliis, illa dedere mihi.

I N S C R I P T I O N E S

P I S A N Æ.

TUMULUS HENRICI VII. IMP.

Hoc in sarcophago non quidem spernendo, Henrici
olim Lucenburgensis Comitis, & post hæc septimi ejus
nominis Rom. Imp. ossa continentur, quæ secundo post
ejus fatum anno, videlicet 1315, die veró 25. Sextil. Pisas
translata summo cum honore fuere, hoc in fano ad hanc
usq; diem collocata permansere.

Quidquid facimus, venit ex alto.

A L I U D.

En Catacusinus jacet hic Demetrius heros,

Martis honos Graji gloria magna soli.

Æacides alius, Pylus quoq; & alter Ulysses,

Florentinorum praesidiumq; ducis.

P R O P E P I S A S V I A F L O R E N -

tina in ponte.

Siccitati paludum, agrorum cultui, cæli salubritati con-

fulens Cosmus Medices, Florentiæ & Senarum Dux, à
partu virg. Anno 1558. Cal. Novemb.

I N C A M P O S A N C T O.

Philippus Decius, sive de Dexio Mediolanensis J. C. ce-
lebri fama notiss. cum primum locum studii in Jure Ca-
nonico & Civili tenuisset, Pisis, Senis, Florentiæ, Paduæ,
Papiæ, & demum ultra montes in Gallia, revocatus in Ita-
liam ab excelsa Florentinorum Rep. posteaquam stipen-
dium 1500. aureorum in auro pro lectura consecutus fu-
isset; de morte cogitans, hoc sepulcrum sibi fabricari cura-
vit, ne posteris suis crederet.

I N H A N C I N S C R I P T I O N E M D E C I I
epigramma Jani Vitalis.

*Dum curat Decius sibi sepulcrum
Clarum marmore ponere eleganti,
Inscripsit titulos ineruditos,
Ut risum magis excitare possint,
Quam laudare hominem undecumq; clarum:
Quod si non sibi cultius sepulcrum
Quam doctos titulos & elegantes
Curasset, modò molliùs jaceret.*

I N S U M M O T E M P L O.

Imp. Federici III. Leonoram, Portus Galliæ regis fili-
am, conjugem, excipiente Wladislao Duce Slesæ, Steriæ,
ac Domino Texinensi comitante; invento hoc suæ anti-
quitate tumulo, innovata sunt hæc insignia. Anno Do-
mini M. CCCC. LII. IIII. Id. Febr.

A L I U D.

Matt. Curtio Ticinensi, qui Hippocratis Galeniq; viri-
dex, salutis augurium egit, medicinamque exercendo &
docendo, ipse valens semper, excoluit; monumentū hoc
amplius quam F. F. T. P. I. Cosmus Med. Florentiæ Dux
II. ære suo R. C. An. 1564. Vix. ann. LXX.

Ἄγαθὴ ὑγίεια ἀλεξιφόσφ. ἱερὸν καὶ χαράσιον πύρ.

A L I U D.

A L I B I.

*Matthia regis posita hæc sunt ossa, probant quem
Fata fuisse hominem, facta fuisse Deum.*

IN ÆDIB. MILITIÆ S. STEPHANI.

Cof. Med. Flor. & Sen. Dux II. sacram D. Stephani militiam, Christianæ pietatis, & virtutis bellicę domicilium fundavit. Anno Christi M. D. LXI.

IN CAMPO SANCTO.

D. O. M.

Franciscus ill. gentis, nomine olim Sanseverinus, posteaquam ejus majores stuprum per vim oblatum ulti, occiso Regis filio, Neapoli Pisas migrarunt, ex fuga, Martius Jureconsult. Canonicus Pisanus, Eques pius, gentis suæ solus superstes S. P. Kal. Mart. M. D. LXXIX.

Gregorius XIII. Pont. Opt. Max. Patr. Bononien. antea vocatus Ugo de Boncampagnis, Pontificii & Cæsarei Juris consultiss. in cathedra interpret eximius: in foro Judex integerrimus: in Synodo Tridentina Catholicę fidei Præsul studiosiss. in Senatu Cardinalis graviss. in omni vitæ gradu eodem tenore probitatis, prudentiæ, & humanitatis, nec non constantis & moderati animi fama præclarus: Joanni de Boncampagnis fratri patrueli J. C. præstantiss. probatiss. moribus, eximia pietate, omnibus deniq; animi dotibus ornatiss. Pisis cum primo loco max. celebritate Jus interpretaretur, an. æt. suæ XL I. Sal. hu. 1544. extincto, hoc ad retinendū jucundiss. agnationis memoriam, fieri mandavit. An. sal. 1575. Pontific. III.

SEPULCRUM NICODEMI.

Gamalielis, Nicodemi & Abidæ, patris, filii ac nepotis, ut Ecclesia docet, civium terrenæ ac cælestis Jerusalem, felici tempore Pisanorum traducta corpora, marmore sub novato conduntur.

D. O. M.

Bartholomæo Medici, Cēturioni fortiss. qui cū multis in bellis præclara facinora edidisset, à Cosmo Medice Florentinorum Duce Aretii primū, mox Pisis tuendæ arci præf. est. Ibi cū se strenuè fideliterq; gereret, incredibili suorum mœrore ob. annos natus 54. m. 4. d. 14. An. 1555. Kal. Decemb. Alexandra Bartholomæa, uxor mœstiss. viro optimè de se m. volens p. ann. 1573. Cosmo Medice magno Hetruriæ Duce imperante.

BAPTISTERII S. JOANNIS
antiqua epigraphe.

*An. Dn. 1246. sub Jacobo rectorē loci, Guido Pegarelli fecit opus hoc, quo gaudia celi
Dat baptizatis totius fons bonitatis.
Et qui tam miro lavacro pia dona dedere,
Et qui consilium, precor hos Baptista tuere
Per Dominum Christum, fontem qui protegat istum.*

I N B E N E D I C T I.

D. O. M.

Scisne viator? hos esse cineres Antonii Florentini, Philosophi suæ ætatis minimè secundi, Philosophiam hoc in gymnasio publicè profitentis: qui dum annū ageret LII. proh dolor, bonorum cum lacrymis, obiit II. Id. Sextil. M. Bartholomæus Paciatetus Florentinus amico opt. P. M. D. LIII.

A N O N Y M I.

*Dum parat hic studiis Astræam inducere mundo,
Astræa infertur raptus amore polo.*

ALIBI SUB PICTURA SACRIFICII ABELIS
& Caini, ille hunc hoc versu compellat.

Sacrum pingue dabo: non macrum sacrificabo.

Cainus verò respondens Abelo, hexametrum hunc retrorsum legendo, sic in pentametrum commutat.

Sacrificabo macrum: non dabo pingue sacrum.

IN CATHEDRALI.

*Quod vix mille bouum possent juga juncta movere,
Et quod vix potuit per mare ferre ratis:
Busketi nisu, quod erat mirabile visu,
Dena puellarum turba levabat onus.*

I B I D E M.

*Si probitas, sensus, virtutum gratia, census,
Nobilitas orti, possent resistere morti;
Non foret extinctus hic praesul, qui jacet intus.
Iidem versus Panormi Siciliae urbe, in sepulchro
Friderici II. Imp. legi perhibentur: pro praesule
hoc legendo, FRIDERICUS.*

IN CAMPO SANCTO.

*Quid spectas volucres, pisces, & monstra ferarum,
Et virides sylvas, aethereasq; domos?
Et pueros, juvenes, matres, canosq; parentes,
Quis semper vivum spirat in orbe decus.
Non hac tam variis finxit simulacra figuris
Natura ingenio factibus apta suo:
Est opus artificis, pinxit viva ora Benozus.
O superi viros fundite in ora sonos.*



V E R O N E N S I A.

IN VERONAM JUL. CAES.
SCALIGER.

ITalia canimus semper florentis ocellum,
Calliope nequeat grandius ulla loqui.
Aucta Deis, auctura poli Verona Quirites:
Quot cives, tot habens sidera digna Jove.
Non animi, non ingenii vigor acrior usquam.
Nulla creat plures Martia terra duces.
Transferre in calum voluit sibi Juppiter. Atqui
Clavior in nostris maluit esse locis.

P iiiij

INSCRIPTIONES
VERONENSES.

IN NOVA URBIS PORTA.

Verona non minús nobilis, quám antiqua civitas, ac
priscae virtutis memor, Venetæ Reip. beneficio, non so-
lúm muros, injuria temporis corruptos, in melius resti-
tuit; sed ea quoque sibi templorum, viarum, pontium ac
portarum ornamenta adjecit; ut publicorum ædificiorú
magnificentia, nulli urbium postponēda videatur. Tan-
tum illi profuit bonorum Principum tutela ac favor.

AD IMAGINEM JUSTITIÆ
in foro.

Verona fidelis, secura quiesce sub numine & justo im-
perio Divi Marci.

Fide & charitate in æternum non deficiam.

IN IPSO PALATIO AD IMAGI-
NEM JUSTITIÆ.

*Vos omnes moneo, cavete nostrum
Numen laderē. sum severa vindex.*

ITEM.

*Justitia é calo terras dum prospicit alto,
Procedit recto tramite judicium.*

ITEM.

*Ancipitem timeat gladium, lancemq; bilinguem,
Qui temerat sancta fœdera Justitia.*

IN CURIA AD IMAGINEM
pantheræ.

*His maculis quanquam nullos offendo clientes,
Tu tamen ô Judex jus dabis absq; notis.*

ITEM.

*Te nunquam affectus morveant ratione carentes,
Sic erit & juri justitiæq; locus.*

AD

AD ALIAM IMAGINEM, ANTERIORI
parte virginem, posteriore leenam.

*Mira arte artificis jungor regina leena,
Juncta ut sic placidis jura severa forent.*

ITEM.

*Qua jus dicentem deceant contabere judex;
Ne quidquam facias à ratione procul.*

ITEM.

*Incurvos ungues, magnum & ne respice rostrum,
Ante oculos, judex, ora Tonantis habe.*

ITEM.

*Judicium ex animis purgatis rectius exit,
Clavio & puro est pectore justitia.*

ALIUD.

D. O. M.

Illustri Leonhardo ex antiquiss. Imperialibus Bavariae regulis, Comiti in Ortenburg, indolis & spei incomparabilis juveni, hanc mœroris & amoris sedem superstites sorores Veronica & Anna-Maria pro dolor contra votum dedicarunt: authore agnato Joachimo, ejusque filio Antonio procurante. Obiit die XVI. Julii, Anno M. D. LXI. Suae ætatis undevigesimo, cum ex gymnasio Patavino hanc sibi fatalem auram pauculos dies captasset.

In Amphitheatro, ea parte qua est renovatum.

JACOBO FOSCARENO.

Quod amphith. instaurandum curavit, quodque ejus prudentiâ in max. Italiae frumēti inopia, una Verona abundavit, Prætori, patriq; opt. Veron. D. P. M. D. LXX.

AD PROCULI.

Quod Nicolai Barbadici operâ, consilio, liberalitate, solertia, difficilimo pestilentiae tempore, Verona sit periculo liberata: urbano provisum otio: plebis egestati annonæ consultum: prætorium magnificè refectum: obscuriores

P V

carceres illustrati: amphitheatri arena sordibus purgata: prætura deniq; præclarissimè administrata: id Nicolaum Barbadicum bene & de civium commodo, pro sua majorumq; suorum dignitate, posterorumq; exemplo bene gerendæ præturæ fecisse, sibiq; grata & esse & fore, testatum est D. Zenonis suburbium. 1526.

Ibidem in fano quodam veteri.

An. Dn. 1172. combusta est civitas Verona.
Propter peccata veniunt adversa.

IBIDEM.

Michaël Adosso Pictor, pauper natus, hæc cōmoda sibi suisq; posteris, præcipuis sudoribus & industria, sic annuente Deo, comparavit, An. Dn. 1574.

AD ANASTASII.

D.O.M. Janus Fregosius Ligurum Princeps, ac Venetæ Reip. terrestrium copiarum omniū præf. ubi fortiss. Ducis officia domi forisq; præstitisset, hæc H. T. F. I. Hercules F. paternæ pietatis memor P.

IBIDEM.

Gerhardo Bolderio, suo tempore Physicorum principi, Francisc. & Matthæus nepp. P.P.

PROPE PRÆTORIUM, IN TEMPLO EXIGUO inter D. Scaligerorum monumenta.

*Si canis hic grandis insignia facta peregit;
Mantua testis adest, quam servo Marte subegit.
Scaligeram qui laude domum super astra tulisset,
Majores si Parca dies infida dedisset. An. 1328.*

IBIDEM HUMI.

Sepulcrum Comitum de Nogarolis. 1210.

MARCI ANTONII TURRIANI.

*Ante annos sciuisse nocet. nam maxima virtus
Persuasit morti, ut crederet esse senem.*

VERONENSIA.

235

IN AMPHITHEATRO.


Hieronymo Mamoreo V. C. cujus incredibili studio dum urbi præest, quod temporum injuria huic amphitheatro perierat, reddi cœptum est. Veronenses P P. M. D. L X I X.

IN AREA PRÆTORII.

Zach. Bar. Eq. Veronen. Præf. nonnullas in agro, tres in urbe arces instauravit. Prætorium hoc sublicium marmoreum fecit, forum ampliavit, curiam ædificavit, in penuria annonæ famem defendit, Rempublicā integré gessit, æquale jus omnibus dixit. Ejus discessum populus lacrymis declaravit. M. CCCC. LXXVI.

ALIUD VETUS.

D. M. Mitrius, pius, dives, decrepitus, mendicans, luce carens, à tribus liberis & duabus libertabus expulsus, siti perii, sacrum mihi met constitui, hinc humatus sum, cineres & ossa. hos natos renuo, in hoc ut requiescant nolo, sobolem nego, privo posteros, omnes me legitote & sinite. Vix. ann. CXXV. mens. III. d. II. & nemini postero.



PARMENSIA.

IN PARMAM JUL. CÆS.
SCALIGER.

INventum mediis præclarum nomen in armis,
Prædita quo sit gens ignea Marte docet.
Ingenium rapidum facili flammatur ab ira:
Sed viget in patulo pectore purus amor.
Magnanimo, precium est, non displicuisse pudori.
Hoc satis, officiis cedere turpe putat.

 INSCRIPTIONES
 PARMENSES.

 IN PALATIO AD INSIGNIA
Pauli III. Pont. Max.

Pro Paulo Deus, pro nobis Paulus.

ITEM.

Qui pro te vis esse Deus, tu lilia serua.

IN TEMPLO B. VIRGINIS.

*Flore & vi in primo, primo in certamine Martis,
 Beltrandus rapido saucius igne cadit.
 Scilicet est longa contraria gloria vitæ,
 Nec nisi difficili queritur illa via.*

IN PALATIO.

 Carolo v. Romanorum Imp. victori ac triumphatori
 semper Augusto, & de repub. Christiana bene merito S.
 P. Q. P. P.

 IBIDEM.

 Maximilianus Romanorum Imp. voluntarios labores
 semper appetens, Reipub. bonum statum, atque dignita-
 tem Imperii privatis commodis præponens, omnibus
 quietem parat.

AD BIBLIOTHECAM.

Ingredere Musis facer, nam & hîc dii habitant.

IBIDEM.

Nullus amicus magis libet, quàm liber.

AD CAMINUM.

Præcipua domus utilitas & pernicies, ignis & lingua.

 ALIUD.

*Notus eques populis de Calzanone Joannes
 Jurisconsultus conditus hoc tumulo est.
 Quem modò prætorem Genua & Florentia, Sena,
 Mantua bis vidit, urbs Perusina semel.*

Papiæ

REGIOLEPIDANA.

237

*Papia bis, superis gratus pietate fideq;
Possidet aeternum gaudia magna poli.*

Petrus Joan. & Caspar fratri opti-
mo F. an. 1484. 17. Julii.

ALIUD.

*Stirpis Landmaria divina humanaq; jura,
Bis sex natorum pignora, divitis,
Compositum ingenium, gravior facundia, mensq;
Ingenio & probitas integra, munda fides
Joanni Andrea famam tribuere perennem.
Haud mota his rapuit perfida mors hominem.
Spes fallax, cassusq; labor, fortuna caduca.
Proh dolor, heu non est qui modó tantus erat.*



REGIOLEPIDANA.

IN CARMELITARUM.

PROSPERI EPISCOPI.

H*ic situs est Prosper, quo sancto Prasule gaudet,
Regium, & hic cineres ossaq; sacra jacent.
Marmoreo monachi condunt pia busta sepulcro,
Namq; vetus turris frögerat alta cadens.*

IN DOMINICI.

SIMONIS BRAMI.

*Hoc tumulo Brami requiescunt ossa Simonis,
Regia se urbs tanto jaçtat alumna viro.
Felsina mirata est, Ferrariaq; ipsa docentem
Graeca, Latina, artes Paonis, astra, Deos.*

IN FORO.

SUB BRENNI STATUA.

Brennus totius Saxoniae Rex, Germani exercitus Im-

perator, cum ea loca teneret, quæ Athesin Padumq; inter-
 jacent; populos, qui adventantis in Italiam Odoacri metu
 in paludes sese abdiderant, in urbes suas restituit: Odoa-
 crumq; ipsum per sororis nuptias sibi junctum post Ore-
 stis mortem Romanis conciliavit. Quibus compositis,
 cum oppida ad viam Æmiliam posita, jam Gothorum
 adventu deprædata, non sine magna tantæ vastitatis ad-
 miratione peragraret; Regiū Lepidi pervenit. Eam cum,
 aliarum urbium exemplo, vacuam hominibus molestè
 ferret; ex duobus ibi Sacerdotibus, quos casu in templo
 latentes invenerat, certior factus, populum ad petram
 Scitulam (Bismantuxæ petram hodie vocant) confugisse.
 eum in locum missis actutum legatis duobus, adjunctis-
 que in itinere illis Sacerdotibus, nunciari civibus jussit,
 Regium ut redirent, ibi Brennum gratè eos accepturum
 esse, defensurumq; etiam ab injuriis barbarorum. Itaque
 cum ipsi tanti Ducis audito nomine, spe pleni in patriam
 per Clodiam portam redirent; obviam exeuntem in ur-
 bis ponte Brennum habuerunt. Tum S. P. Q. Regiensis,
 qui cum C. D. equitum præsidio, M. peditum instructa sub
 Rom. Imp. signis acie advenerat, moti præsentis Impera-
 toris majestate, equis descendere. quo spectaculo delecta-
 tus Brennus, pari humanitate ab equo desiliens, ingre-
 dientem Senatam amicè suscepit: qui portam deinde
 Clodiam semirutam, per eos ferè novem annos, quibus
 apud eos fuit, instaurandam curavit; adjecitque ab ea par-
 te murum M. cubitorum: eam in posterum, ob gratam rei
 memoriam, Brennonam portam appellari voluit; pede-
 stremq; statuam eam ob rem sibi in illa erexit: in sculpiq;
 ibi præterea familiæ suæ insignia, pardos tres correpen-
 tes, jussit, notata literis ejus rei, in præsentem usq; diem,
 memoria.

SUB CAROLI MAGNI STATUA.

Carolus Francorum Longobardorumq; Rex, qui ob
 egregia ejus gesta Magni cognomentum tulit, omnibus
 tum corporis tum animi virtutibus præditus; Romani
 Imperii moderator opt. veræ religionis observator inte-
 gerrimus, ejus eximia liberalitate, precibusq; Apollinei
 tunc

tunc præfulis Regiensis, illi confinium Regii memoriam, in tabulis æneis incisam, & á Principibus Longobardorum jamdiu comprobata, offerentis; eosdem fines nedum confirmavit, verum etiam ultra terminos M. Æmili Lepidi Regilli, fundatoris Regii Romanor. coloniam, & sub eorum imperii legibus insignis ab ipsis olim pace belloque moderata, á finitimis ob monumenta & indulta deorum fortuito flammis consumta, interceptos produxit, finibusque Mantuæ, Bononiæ, Lucæ, Parmæ, Ticini, Novocomi adjunxit; civitatemque ipsam instituendi gymnasii, aliisque quamplurimis privilegiis decoravit.

IN ARCHU TRIUMPHALI
extra urbem.

Serenissimæ Margaritæ Gonzagæ optimæ Principis adventu læta cuncta sperantes, publicæ pietatis & lætitiæ signum.

AQUILA.

Auspiciis manifesta fides.

ANCHORA.

Tutela præfens.



PLACENTINA.

IN PLACENTIAM J. CÆS.
SCALIGER.

Nobilis antiquo porrecta Placentia muro
Hinc hostem, hinc rapidas fluminis arcet aquas.
Rara artes: gens scita, hilari sed dedit a luxu.
Ingenium angusta vix patiuntur opes.

 INSCRIPTIONES
 PLACENTINÆ.

IN SIXTI.

Multi nimium, nemo satis.
 Non refert quâ, sed quô.

ANTE HOSPITIUM FAMÆ.

*Te vivo Octavi timeat quis Martis alumnos?
 Quis Cereri metuat, cui noceatq, malus.
 Te duce tuta fides, duce te dant roscida mella
 Vel rigida quercus: te duce jura vigent.*


 MEDIOLANENSIA.
 IN MEDIOLANUM JUL. CÆS.
 SCALIGER.

*Compositos populos, validiq, exordia regni
 Exceptit facili terra beata sinu.
 Creverat Ausonio commistus sanguine Gallus:
 Et dabat antiquo fortia jura Pado.
 Tertia se adjunxit tantis Germania rebus:
 Et stetit audaci fama parata manu.
 Quævis simplicibus jactet se gloria signis:
 Cùm triplex uni contigit aucta mihi.*

 INSCRIPTIONES
 MEDIOLANENSES.

IN XENODOCHIO.

Heus Viator.

Imperatoribus Valentiniano, Gratiano, Valente &
 Theodosio, quorum tempore Divus Ambrosius Medio-
 lanensi præfuit Ecclesiæ, in catalogo nobilium urbium
 his versibus Mediolanum celebratur.

Et Me-

MEDIOLANENSIA.

247

*Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumera cultaq; domus, fecunda virorum
Ingenia, antiqui mores, tum duplici muro
Amplificata loci species, populiq; voluptas,
Circus & inclusi moles cuneata theatri,
Templa, Palatinaq; arces, opulensq; moneta,
Et regio Herculei celebris sub honore lavacri,
Cunctaq; marmoreis ornata peristyla signis,
Mœniaq; in valli formam circumdata limbo.
Omnia qua magnis operum velut amula formis
Excellunt, nec juncta premit vicinia Roma.*

ALIBI.

Franciscus Sfortia Dux Mediolani quartus, qui urbis & gentis imperium socii morte amissum recuperavit, ad sustentandos pauperes Christi dispersa alimenta congestit, atq; ex vetere arce ædes ampliter excitavit. Anno 1456. Prid. Id. April.

AD S. AMBROSIIUM.

M. Antonio Majoragio, dicendi magistro singulari, Latinis Græcisq; litteris perpolito, & libris editis illustri, qui publicè docuit annos IX. Vixit XLI. Bartholomæus Comes uxoris fratri B.M. posuit.

IN SUMMO TEMPLO SFORTIADUM monumenta.

*Sfortia avus, pater est Franciscus maximus ille,
Cui virtusq; parens, fors bona amica fuit.
Est Mediolanum patria hac ditissima rerum,
Atq; hominum; generis nomina fecit avus.
Corpore, mente, manuq; vicens Polydorus in artes
Et generis titulos conspiciendus eram.
Præter spem præstare nihil, sed fas fuit, heu mors
Tam bona vota, heu mors, præcipitata tulit.
Natus an. 23. obiit an. 1473. 10. Martii.*

D. O. M.

Genitore Francisco sum Elisa Sfortia

2

*Insignis, ut dotes modestius bonas,
 Natura vel sors quas benigna contulit,
 Per transeam, primus vi opum, & domo, & fide
 Baptista Vicecomes thori comes fuit.
 Verum novis me destinante nuptiis
 Fato, poli hospes gaudeo in licentia,
 Quando nihil nisi quod probum egerim. vale.*

Nata annos 16. obii 1471. ult. Junii.

D. O. M.

*Mentis consilio, robore dextera,
 Et corde intrepido, ac ore alacri valens
 Conradus colui militiam, toga
 Cultor, conjugium, progeniem & opes
 Sensi, & quaque aderant munera calitum.
 Francisco nimirum Principe Principum
 Fratrem an gloriem? hic omnibus ut bonis
 Fortuna, & melior me fuit optima.*

Natus an. 60. obii 1470. 23. Decemb.

D. O. M.

*Nomen Borsus erat, genus parensq;
 Unum, generis origo Sfortia ille,
 Ille egregius eques, pedes, ducum & Dux
 Me fratris voluit esse gloriosum
 Francisco, ubi Mediolanensium auctus
 Is re est, fore patriam hic speravi, opes, vitam,
 Putem atq; reliqua, qua abstulit, potestne
 Mors se va rapere Martios triumphos?*

Natus annos 65. obii 1476. 14. Martii.

D. O. M.

*Virtutis ergo, sanguine & indole
 Clarum Leonartum a titulis avi.
 Nec spiritus vim, nec bona corporis
 Desiderantem Sfortiadum domus
 Illustris armis ut foret & fide.
 Franciscus ingens dux pater & bonus*

Christo

MEDIOLANENSIA.

243

Christo dicavit, Protonotarium

Major fati vis properé abstulit.

Obii 1484. anno 18. Septemb.

D. O. M.

*Nolito mores, patriam, genus, nec rem
Inquirere hospes, manibus meis tantum
Lucem precare. orbi ipsa protuli lucem,
Urbi quietem, Sfortia dedi magno
Cum maximum natu. quid astra, quid virtus
Possint, hic ostendit: parentem an agnoscas
Me Luciam Francisci, & inclytam quam *
Urbs sensit & felicitatis autorem.*

Obii anno 1450. 21. Januar.

A L I B I.

Joan. Jacobus Trivultius Magni Filius, qui nunquam
quievit, nec alios quiescere passus est, hinc tandem quiescit
ipse. Tace.

I N S U M M O T E M P L O.

Marino Caracciolo Neapol. illustri genere orto, qui
plurimis pro Pontiff. Cæsareq; functus est legationibus.
Primum Carolo v. Imp. cum ad Aquisgranum coronam
acciperet, Anglos ei adjunxit, & Venetos. ac demum á
Paulo III. Pontif. Max. in Cardinalium ordinem rece-
ptus, dum provinciam Mediolanensem ab eodem Carolo
sibi creditam regeret; importuna morte, maxima cum
Reip. Christianæ jactura, sublatus est. v. Cal. Febr. M. D.
xxxiii. anno ætatis 69.

A L I U D.

Baptista Bagarottus Episcop. Bobien. & Comes, dum se
mortalem animo volvit, vivens sibi P. An. M. D. xix. Ne
quid expectes amicos, quod tu per te agere possis.

BERNARDINI CORII TUMULUS.

*Bernardine tibi Insubres debere fatentur,
Non minus ac magno Roma superba Tite.*

Q ij

IN PRÆTORIO.

In controversiis causarum capitales inimiciæ oriuntur; fit amissio expensarum, labor animi exercetur: corpus quotidie fatigatur: multa & inhonesta crimina inde consequuntur: bona & utilia opera postponuntur: & qui sæpe credunt obtinere, frequenter succumbunt: ac si obtinent, computatis laboribus & expensis nihil acquirunt.

IN PALATIO CUIUSDAM PRIVATI,
*depicta varia animalia, notantia sequentes
virtutes, additis elogiis.*

P A X.

Diligite hanc omnes, sine qua via demta salutis.

T E M P U S.

Regna mihi subsunt, reges me principe vivunt.

D E S I D E R I U M.

Latius imperium nulli, sed fructus inanis.

B E N E F I C I U M.

Hoc etiam mites gratiq; fuere leones.

N O B I L I T A S.

Nobilitatis opus, multos nescire, fatendum.

H O N O R.

Vir contemnit opes, & vitam, accensus honore.

F A M A.

Quaritur haud nugis, sed factis fama perennis.

V I R T U S.

Fortunam superat virtus conjuncta labori.

P O T E N T I A.

Tempore succumbet, si justa potentia, nullo.

J U D I C I U M.

Rectum ubi iudicium non, est discordia fallax.

V I C T O R I A.

Officio interdum non armis vincitur hostis.

GENUENSIA.

245

CONSILIUM.

Consilio quaerenda salus, dum bella geruntur.

CLEMENTIA.

Imperii vires, ut res, clementia servat.

INTELLECTUS.

Ars atq; ingenium nubes & sidera scandit.

VERITAS.

Qua latuere diu mox improvisa patefcunt.

MATRIMONIUM.

Hoc mundi interitum prohibet, si lege colatur.



GENUENSIA.

IN GENUAM JUL. CÆS.

SCALIGER.

Ditis opes Asia, & claros Orientis honores,
Quantaq; ab Euxino tunditur ora salo,
Pisanas acies, Tusca decora inclyta pubis,
Et traxi ad Ligures Gallica signa manus.
Subjectis domitas tenui cervicibus Alpes,
Et tremuit nostras Africa dura trabes.
Afflictus toties Venetus, qua fugerat olim,
In patriis metuit tela petitus aquis.
Frustra Galle cupis: frustra es frustrator Hiberæ:
Frustra sava ferox Insuber arma capis.
Vinco ego; cum vincor, par est victoria damno:
Sumq; eadem domina, servaq; facta mea.

INSCRIPTIONES

GENUENSES.

IN CURIA.

ANDRÆ DORIÆ, quod Rempub. diutius oppres-

Q. iij

sam in pristinam libertatem vindicaverit, Patri proinde patriæ appellato, Senatus Genuensis, immortalis memor beneficii, viventi posuit.

AD MATTHÆI.

Majorum nostrorum memoriâ Andreas Dorias afflictam patriam non deseruit.

ITEM.

Philippus Doria Comes, vestigia majorum sequens, sub vexillo Francisci I. regis Christianiss. propræfecto triremis Andreæ avunculi in regnum Siciliæ citraduxit. In sinu Salernitano cum hostium triremibus legitime felicissimeq; vario Marte conflixit, gloriosam tandem mirabilemque victoriam, Deo auspice, adeptus est. Anno 1528. a. d. 18. April. Maximæ virtutis monumentum.

INSCRIPTIO PORTÆ

Gratulatoria I.

Annæ Austriacæ D. Augusti filiæ, Hispanorum Regi-
næ, Insubres erigebant.

PORTA II.

Immortalitati Austriacæ.

Divæ Annæ Austriacæ, Divi Maximiliani II. Romanorum Imperat. filiæ, Divi Philippi II. Hispan. Regis Cathol. adoptatissimæ sponsæ, gratulantes expectatum ejus adventum Genuenses pro tempore D D.

In quærendis regum affinitatibus publicæ consulitur felicitati.

A summe cælestis pulcritudinis dignitate maxima nascuntur connubia.

Dii deaq; omnes propinquorum sibi Regum natos muneribus suis alunt.

Ascendas o virgo, deum carissima proles.

Nam sumus hic quot habet nostrum tibi numina regnum.

Æquatum est aquor, veniunt ad carbasa venti.

PORTA III.

Divæ Annæ, Divi Maximiliani II. Imp. filiæ, ob gratiss.
ad has

ad has ditiones adventum, illiusq; jucundiss. in hac civitate præsentiam, Germani gratulabundi liberaliter posuerunt.

DIVO MAXIMIL. ROMANORUM, UNGARIÆ, BOEMIÆ REGI.

*Qui gestas nomen proavi Rex Maximiliane,
Illius vincas fortia facta tuis.
Austriades patruus potuit plus Carolus ultra,
At tu cum divo patre Monarcha manes.
Sis felix, referas patruum virtute patremq;
Sic te posteritas fortibus addet avis.*

M. D. LXIII.

PORTUS.

Aucta ex S. C. mole, exstructaq; porta propugnaculis munita; urbem cingebam mœnibus quacunq; alluitur mari. An. Dn. 1553.

IBIDEM.

Janus P. M. Italię Rex, de progenie Gigantum, qui fundavit Januam tempore Abrahę.

Janus Princeps Trojanus, Astrologię peritus, navigando ad habitandum locum quærens sanum, durabilem & securum, Januam, jam fundatam a Jano rege Italię, pronepote Noę, venit, & eam cernens mari & montibus tutissimam, ampliavit no. & pos.

JOANNIS BAPTISTÆ SPINOLÆ.

*Quid miser incassum tantum te sponte fatigas?
Cuiq; sui meritum tale laboris inest.
Vermibus hoc corpus, bona linquimus omnia mundo,
At melior calum pars resoluta petit.*

SUB CRUCIFIXO.

*Decerpti ut possent ligni mala damna rependi,
Hic fructus ligno restituendus erat.*

Q. iij

ALIBI.

*Corporis ut maculas, animi sic ablue sordes,
Munditia hæc adsit; tum bene lotus eris.*

ALIBI.

*Ne quid nimis, videto. ubiq; medium servato,
Quod excellat intus est quarendum.
Mane quid factururus: sero quid feceris.*



VICETINA.

IN VICETIAM JUL. CÆS.
SCALIGER.

Bacche pater, Ceres alma, bona bona numina pacis:
Qua patulos agros, qui juga curva tenes:
Quid rerum, quid amicitia cum Marte cruento
Vobiscum? vestrum ut vexet utrunq; furor?
Pulchra racemiferos domitat Vicetia colles:
Lataq; spicilegi jugera findit agri.
Cadis amor, cadis germana insana cupido:
Nec patrius nato est tutus ab hoste cruor.
Nusquam iter est. vastata jacent latrone protervo
Ruscula: corruerunt ignibus hausta suis.
Parce (nefas) scelerare manus, gens debita cælo,
Imbueq; ignoto pectora digna Deo.
Divina facies: regio caelestis: at hujus
In cæli medio tartara dira vigent.

INSCRIPTIONES
VICETINÆ.

IN SUMMO TEMPLIO.

*Semper in adversis tibi sit Patientia Christus,
Cujus ab exemplo regula, Discere pati.*

Ecco

*Ecce Deus cali cunctorum conditor, ultro
 Probrat ulit, colaphos, sputa, flagella, crucem.
 Tu quoq; quidquid erit, patiens sufferre memento;
 Pro Christo patiens deniq; victor eris.
 Ne dubites: spera hunc, quem tu prostratus adoras,
 In latum tenebras vertere posse diem.*

IBIDEM.

Hieronymo Soledo Episcopo Vasionensi, Clementis VII. Pont. Max. domus magistro in Hispaniam legato, ab eoad Car. v. Imp. misso: rebus supra omnium spem eius prudentiâ celeriter & ex voto confectis; affinitate etiam inter illos conjuncta: Cæsare in Italiam adducto: cum Venetis cæterisq; Italiæ Principibus fœdere inito: Duce Insubrum Cæs. conciliato: in Belgis etiam apud eundem legatione functo: Romæ in majori de se expectatione sublato: Jo. Petrus fratri opt. atq; innocentiss. P. Vix. ann. 52. d. 2. ☉. Non. Jan. 1533.

AD LAURENTII.

Ferreti Brexani, & suorum.

*Hic situs ex clara Ferretus origine vates:
 Scaligeros decuit quem cecinisse Duces.
 Scripsit & annales, Genuense & in ordine bellum,
 Et nova de prisca carmina temporibus.
 Et decus hic patria, Ferreta hic gloria gentis,
 Hic locat aeternum nomen & ossa lapis.*

AD STEPHANI.

V. F.

Q. Julius Q. F. mem. Catullus, III. vir, missus honesta missione coh. VI. pr. sibi & Calvæ Severæ uxori sanctissimæ. post obitum. & Pompeiæ Mansuetæ socri opt. & Hostiliæ Fortunæ conjugii cariss. H. M. H. N. S.

IBIDEM COLUMNÆ IN
via inscriptio.

Questo è il luogo, doue era la casa del sceleratiss. Galeazzo da Roma: il qual con Iseppo Almerigo, & alteri

Q V

suoi complici, commisero atrociss. homicidii in questa città, dell'anno 1548. d.3. Pugio.

ANTE ÆDES COMITIS

Leonard. Valmarana.

Maria Austria Augusta, Caroli v. Maximil. II. Rodolphi II. Imp. filia, uxor, mater, à Philippo fratre Hispan. Rege potentiss. ad regendum Lusitanorum quondam Regum imperium, nuper partum, è Germania adscita: per Italiam iter faciens, in his ædibus, quod ipsa, ob veterem Austriacorum Principum erga hanc domum clientelam, maximè voluit, cum Margarita, Maximilianoq; filiis archiducibus, à Leonardo Valmarana Comite, ejusdem Philippi Regis Pensionario, splendidissimo apparatu accepta fuit. Anno M. D. LXXXI. IV. Cal. Octobr.

IN PALATIO MAJORI.

ANTONIO BERNARDO

J. C. præstant. & patri opt. ob Rempub. domi forisq; feliciter administratam: urbe pontibus, carcere, foro, templis, exornata: Judæis & noxiis ejectis: civitate in pristinam dignitatem & ocium, studiis & sanctis moribus, restituta: monte pietatis fundato; grata Vicentia pos. M. CCCC. LXXXVI.

Æ O L I A.

FRANCISCUS Tridentæus, Vicetinus J. C. Hieronymi Equitis F. gelidi venti flatum, in caverna, Cubalo nuncupata, spirantem in ædes proprias per hanc cryptoporicum deduxit: ad temperandum ardentem & æstivos calores: quem tum cohibendo, tum relaxando, novo atque mirabili artificio, per cubicula quæq; ducendo: pro libitu ea refrigerare & calfacere valet; ita ut custodia villa, eius ingenio, diligentia, impensa & æmulatione ornatiores effecta: inter regia oblectamenta cõnumerari queat. An. 1560. æt. verò suæ XXXII.

EPIGRAMMATA PORTARUM
cubicularium & coenaculorum.

Mentem fortuna secundet.

Vires animo defunt.

Convivia parca, si frequentia.

A conventu malignantium libera me Domine.

Æolus hinc clauso ventorum carcere regnat.

Temporibus æstivis, ad magnitudinem calorum: sibi
necessariis & amicis hoc remedium comparavit.

INSCRIPTIO ANTRI COBOLI: UNDE
venti æstate gelidissimi: hyeme calidi spirant.

Ad locum istum ædificandum, longum illud tempus
quo non ero, magis me movit; quàm exiguum vitæ meæ.

PICTURÆ CUJUSDAM ITA-
LICÆ INSCRIPTIO.

DEvorat agricolam rex; regem tyro; sed illum
Usurator edit: comedit sed presbyter isum:
Presbyterum meretrix: meretricem leno remordet:
Lenonem caupo: sed cauponem parasitus:
Istum sextipedes: simia sextipedes.



CREMONENSIA.

IN CREMONAM JUL. CÆS.
SCALIGER.

Quis modus esset agris, & quanta licentia frugum,
Verba peregrina Gallica voce notant.

Inde solum nati latum dixerunt Cremonam,

Quin Latio vox est deliciosa cremor.

Usq; adeo longo reddit cum fœnore tellus:

Præteritiq; horuus commoda ridet ager.

*Deficit & cultrum, & vomer: non deficit vber.
Lassa manus, trita sarcula, fessa Ceres.
Reddant pensum alia: nostra lex unica terra est:
Et votum domini, & spem superare sui.*

INSCRIPTIONES
CREMONENSES.

AD SIGISMUNDI.

Franciscus Sforzię F. ex Sforzia familia Mediolan. Dux:
Blancam-Mariam Philippi Vici Comitis F. heic sibi uxorem
adjunxit, idq; per verba & annulos ex more significavit,
Anno á Christi conceptione 1457.

CAMILLI BOCCATI.

*Arte fuit nato prior, & pater arte secundus,
Ergo erit arte minor, qui fuit arte prior.*

Ob. M. D. XLVI. IIII. non. Jan.

IN AMBITU.

Approbare falsa pro veris, non est natura hominis instituti, sed poena damnati.

Quod nisi præpotens atq; pietiss. Deus S. patrem Aurelium Augustinum fortunato tempore nobis concessisset ac donasset; sanctificatio nostra desolata fuisset; dies festi nostri conversi in luctum, sabbatha nostra in opprobrium, honores & sublimitas nostra in mœrorem & planctum. Hæc Valerius ad Nestorium.

Blanca-Maria Franc. Sforzię uxor. M. P. Q. aram atque ædem felic. matrimonii M. F. C. Hieronymo ejusq; monachis cedit ac sacravit: ministris victum annum de suo H. E. Cremona. dotali urbe dd. decrevit. legavit. An. 1469.



BRIXIANA.

IN BRIXIAM JUL. CÆS.
SCALIGER.

*Qua pingues scatebras specula despectat ab alta,
Postulat imperii Brixia magna vices.
Cælum hilarum, frons lata urbi, gens nescia fraudis,
Atq; modum ignorat divitis uber agri.
Si regeret patrias animis concordibus oras,
Tunc poterat dominis ipsa jubere suis.*

IN CATHEDRALI.

Vixi, & securus mei possessor fui, quæ dederat mihi
Deus, in cursu peregi; pietate Christi optimi meliores se-
des spero. Valete Brixienfes mei; cælum spectate, Deo pa-
rete. Nam quàm fragilis & caduca sit vita mortaliū, meo
exemplo discite. M. CCCC. LXIII.

IN CHRISTOPHORI.

*Quem non mille artes potuerunt perdere Martis,
Heu miserum, potuit mors violenta nimis.*

CORNELII MICHAELIS.

*Heu Corneli, quæ fors tua?
Sum felix; ne me vexes.
Cur in pube lata obiisti?
Satis vixit, qui bene moritur.*

Qui me volent.

*Valete matrona, matresq; familiās;
Vixi, & ultra vitam nihil credidi;
Memet Veneri alumna addixi;
Quos potui pellexi philtris & astu.
Viro humato non vidua fui.
Nec matrisfam. nomen adeptæ. quæso non invidete.
Porcia familia est, Veneris domus, illicium Cupidinis.
Carve viator, ne me diu calcetam calces.*

*Hic locus odit, amat, punit, conservat, honorat,
Nequitiam, pacem, crimina, jura, probos.*



BERGOMATIA.

IN BERGOMUM JUL. CÆS.

SCALIGER.

Ingenium, corpus, mores, obtutus, amictus,
Tecta, cibus, gressus, guttura, sermo, sonus:
Omnia crassa modis insignibus, omnia dura:
Sic, valeant silices ut superare suos.
Ista domi: sed vicinus si aspergat acetum;
Artibus atq; dolis vincitur ipse suis.

INSCRIPTIONES

BERGOMENSES.

IN FORO.

Bergomum urbs vetustiss. An. ante S. N. 1804. á Cidno Liguris Hetruscorum regis F. exstructa: aliquando in libertate, aliquando sub Romano, Cæsarum, Regum, ac Ducum imperio, vario eventu jactata: sub sanctissima D. Marci alarum umbra, tandem diuturnæ pacis ocio fruitur: & feliciter quiescit.

IBIDEM.

Antonia civis Bergomi virgo, non minús animi quám corporis pulchritudine pollens: cum ab N. N. violentum in se stuprum parari videret: mortem pro conservanda pudicitia vilipendens, gladio violatoris erepto: intrepidum sibi pectus transfodiens, singulari castitatis exemplo urbem hanc perpetuó illustravit.

IBI.

IBIDEM.

Albericus de Roxiate. Qui qualis fuerit, ejus scripta venerandæ ubique authoritatis, & universa Jurisconf. Collegia attestantur. Omni fere, sed præcipuè legalis scientiæ genere toto orbe celeberrimus: urbem istam summæ doctrinæ, summiq; ingenii virorum genitricem esse docuit. 1555.

IBIDEM.

Bartholomæus Collio Gallos Boschum in Alexandri-
no agro obsidentes, ingenti prælio vincit, castris exiit, &
Reinaldum Brisuensem hostium ducem capit.

*Alcides unum, geminos gerit iste, leoneis.
Unde hoc? ille feras vicit, at iste duceis.*

ALIUD.

D. O. M. Bartholomæus Coleonius de Andegavia vir-
tute immortalitatem adeptus: usq; adeo in re militari fuit
illustris, ut non modò tum viventium gloriam longè ex-
cesserit: sed & posteris spem eum imitandi ademerit. Mul-
tories enim à diversis Principibus, deincepsq; ab illu-
striss. Venetorum Senatu accepto imperio, tandem totius
Christianorum exercitus, sub Paulo I. P. M. delectus fuit
Imperator. Cujus acies 14. annis ab ejus obitu, solo jam
defuncti imperatoris, tanquam vivi nomine militantes,
jussa cujuscunque alterius contempserunt. Obiit 4. non.
Novemb. Anno Domini 1475.

IN ADITU TEMPLI FRANCISCANI.

*Morti morte tua mortem moriendo dedisti,
Est tua mors mortis Christe medela mea.*

IN CAPUCINORUM.

Ubi amici? ubi divitiæ? finem tuum respice.

IN CANCELLARIA.

*Lex prima consilii liberè loquendi, & patienter audi-
endi.*

ALIBI.

Non lapidibus & picturis, sed inhabitantium virtutibus domus decoranda.

Mors honesta vitam etiam turpem exornat.



FAVENTINA.
IN FAVENTIAM JUL. CÆS.
SCALIGER.

Pars magna Italia duro discrimine rerum,
Clara Faventino milite sceptrum capit,
Quod meruit decus invictis Helvetius armis:
Quod conducta ferox Brennus ad arma fuit:
Hoc sumus: hoc fortis meruit vis ignea dextra,
Arbitrio cujus numina regna parant.

AD S. ANTONIUM.

CAROLI TRAVERSARII

Canonici Favent. ac hujus Ecclesiæ Rectoris: nec non Rotæ Su. Palat. Apostolici causarum Notarii: & istius Societatis sacratiss. corporis Christi institut. ac benefactoris corpus hic infra jacet; anima verò ejus in pace requiescat. Amen.

Vixit annos l. x. diversis & quamplurimis tribulationibus & persecutionibus semper laborans, tandem & ejus vitæ finem imposuit, dicens in ultimo clarè & altè versus infra scriptos:

*Inveni portum, spes & fortuna valet,
Nil mihi vobiscum; ludite nunc alios,*

M. D. XXXXVIII.

ANTE HOSPITALE ORPHANORUM.

Quos parentum paupertas, pudorve repulit, pietas hujus loci recipit.

IN PALATIO GUBERNATORIS.

GUIDONI FERRERIO

S. R. E. Cardinali amplissimo, totius Æmiliæ & Exarchatus Ravennæ justissimo atq; prudentissimo de latere legato, S. P. Q. F. grati & devoti animi ergo.

Justitia & pietate regit. non vincitur auro.

ANTE HORTUM CUJUSDAM

Equitis Melitensis.

Satis dives, qui non indiget pane. Satis potens, qui non cogitur servire. Civiles curæ procul hinc abite. Sabbas. Cast. Solitarius, seipso contentus, hos securos incolit hortulos. pauper an dives, si cordatus es, cogita. Vale.

RODOLPHO PIO S. R. E. CAR.
DEFENSORI NOSTRO.

AD EJUSDEM INSIGNIA.

Hæc nobilissima Piæ gentis insignia, quibus excelsus hic & illustris locus decoratur, memoriam renovant Illmi Rodolphi Pii Card. amplissimi: in quem unum se tota convertit civitas, quem Senatus, quem omnes boni intuentur: & in quo solo hujus urbis nititur salus.



PISTORIENSIA.

IN SUMMO TEMPLO.

Cyno Juris interpreti eximio, Bartoliq; præceptori digniss. pop. Pistoriënsis civi suo H. M. F. Obiit an. Dn. 1336.

IBIDEM.

D. S. Nicolao Fortiguerræ Cardinali, grata patria, civi suo de se opt. merito P. A. S. 1472. Vix. an. 54.

IN CURIA.

Ordinibus vestris fidem ne rumpite cives.

R

*Vivite concordēs, si latum cupitis ævum.
Et qui consulitis patriā, decernite rectum;
Dammorum memores, quæ jam fecere parentes.*

EPIGRAMMA ARMORUM DUCALIUM.

Ut in solido hæc insignia marmore; ita in soliditate
Justitiæ, & salute Reipub. sermones & operationes vestræ.
1494.

IBIDEM.

Civitatem hanc pacis avidam, atque ejus agrum armis
& eadē fluctuantem, decreto pub. Florentini, virtuteque
singulari ab imminentib. periculis eripuerunt. 1478.

IBIDEM.

Jus est in armis.	Jus res divina est.	Et juribus & armis mundus regitur.
Conrad. de monte magno.	Cynus de Sighibuleis.	Ph. Laicerus.

IN SUMMO TEMPO.

*O vos quid cupitis mortem evitare severam?
Qui sunt vos erit is; quippe quod estis, erant.*

IN VELO SUGGESTI.

Nequeunt profectó mala penitus extirpari. bono enim
oppositum aliquod esse necesse est.

Sed quia illa apud superos locum habere non possunt
mortalem naturam & regionem inferiorem circumeunt.
Conandum ergo est, ut hinc illuc quàm celerrimè fu-
giamus.

Fuga autem est, ut Deo quàm similes pro viribus effi-
ciamur.

Deo similes efficit prudentia, justitia, fides, sanctitas.

PER U.



PERUSINA.

IN PERUSIAM JUL. CÆS.
SCALIGER.

Sanguinea audaci conata Perusia ferro,
Tanquam hosti temere sæpe inimica suis,
Partibus imperium, vitales partibus auras
Colligit, invisis partibus atra DEOS.
Va tibi, sic odio qua te partiris amaro.
Est, qua non toto est corpore tota, nihil.
Quin etiam fera jura tui scripsere coloni:
Qua jubeant tetras semper habere manus.
Vestrarum hac igitur summa est sapientia legum;
Nolle placere aliis, velle nocere sibi.

INSCRIPTIONES.

D. Herculani Episcopi Perusini & martyris corpus, qui
Vigilio P. P. & Justiniano Cæs. à Totila obtruncatus est.
Anno D. LII.

*Servavit mandata Dei, mundanaq; tempse.
Sic colitur terris, sic super astra sedet.*

IN ARCE.

Paulus III. Pontif. Max. tyrannide ejecta, novo civita-
tis statu constituto, bonor. quieti, & improborum freno,
arcem à solo excitatam mira celeritate munivit, pontifi-
catus sui an. IX. Sal. XLVIII.

BALDI SECUNDI EX ITALICO LATINUM.

*Humanis homini nihil est in rebus amicum,
Nemo scit hora sua qua sit, & unde necis.*

IN TRIBUNALI GUBERNATORIS.

*Jus reddens Judex semper sis omnibus idem,
Judicium alterius judicis ut fugias.*

R ij

PERUSINA.

DE PRUDENTIA.

*Quid generi humano praestes Dea dic age? praesto
Ne facias, quæ mox facta dolere queas.
Scrutari verum doceo causasq; latentes,
Et per me poterit nil nisi ritè geri.*

DE JUSTITIA.

*Si tribus his cunctos similes pia numina gignant,
Nil toto sceleris, nil sit in orbe mali.
Me culta augmentur populi belloq; togaq;
Et sine me, fuerant qua modò magna, ruunt.*

DE FORTITUDINE.

*Cedere cuncta meis pulsa & disjecta lacertis,
Magna satis fuerint tres documenta viri.
Nil ego pro patria timeo carisq; propinquis,
Quaq; alios terret, mors mihi grata venit.*

DE TEMPERANTIA.

*Dic Dea quid tibi vis? mores rego, pectoris astus
Tempero, & his alios cum volo reddo pares,
Me quaras, & qua te superes ratione docebo,
Quid, tu quod valeas vincere, majus erit?*

SUB CATONIS IMAGINE.

*Quisquis vel celebri facturis verba corona
Surgis, vel populo reddere jura paras:
Privatos pone affectus: cui pectora versant
Aut amor, aut odium, recta tenere nequit.*

Julio III. P. M. ob restitutos magistr. pie deprecanti-
bus, Fulvio S. R. E. Card. & Ascanio Corneis ex soror.
nepp. ad muneris gratiq; animi perpetuitatem, Perusium
dedicavit.

AD SERVOS MARIÆ.

TUMULUS BALDI SECUNDI.

Baldo Secundo Perusino, utriusq; Juris consultissimo,
filii pientissimi faciendum curarunt, probaveruntq;. Vi-
xit annos

xit annos 76. menses 10. dies VI. Obiit M. CCCC. XC.
XXII. Septemb.

*Interpres utriusq; Juris ingens,
Orbis gloria, patria decusq;
Hic Baldus jacet ille Bartholinus.
Hui Baldum haud tegit hoc, sed ossa Baldi
Marmor, fama nitens volat superstes.
Calum spiritus innocens recurrit.
Dic lector vale, & hinc recede felix.*



VOLATERRÆ.

IN S. LINO.

ΑΠΝΟΟΣ ΧΡΙΣΤΟ ΣΕΡ- ΠΙΝΟΩ.
VATORI.

Raphaëli Maffæo Gerardi Maffæi F. doctrina, pietate,
ac sanctitate cum quovis antiquo comparando, ut ejus in-
dicant opera egregia, testantur miracula. Vix. ann. LXX.
mens. XI. d. VIII. Obiit anno salutis M. D. XXI. VIII. Ca-
lend. Febr. Marius Maffæus Episcopus Cavalirensis, fra-
tri Smo pos. Sic itur ad astra.

IN CATHEDRALI.

Monumentum est Marii Maphæi, Episcopi Calcinensis,
in quo legitur: ζῶν μὲν ἐπαύρις: θανὼν δὲ μακαρίζε.

Ibidem.

En quó tandem.



LUCENSIA.

IN LUCAM JUL. CÆS.
SCALIGER.

Tusci delictum, Tusci laus incluta cali,
Justitia illa fo robore Luca potens,

R ij

*Luca potens opibus, felix concordibus armis,
Cui veneranda fides, mens pia, pura manus.
Calescis vegetum comitatur candor acumen,
Ad veteres referens candor acumen avos.
Iratis igitur dum servit Hetruria fatis,
Virtutis merito libera sola fuit.*

IN S. SALVATORE.

FILIUS PATRI.

*Accipe care pater, qua natus munera tradit,
Munera, si cineri sunt bene grata tuo.
Tu mihi das lucem vita, do mortis honores.
Heu, heu, quam dispar gratia nostra tua est!*

HIERONYMI VELLUTELLI.

*Hic dum vexillum gerit, & te Luca gubernat,
A conjuratis vulnere se va tulit.
Felix ille nimis, qui dum cadit ense peritq̄,
Et servat patriam, de nece victor orat!*

AUGUSTINI CHIVIZANI.

*Augustinus ego Chivizaneus hic requiesco.
Nemo mori nescit, vivere disce. Vale.*

STEPHANI SPADÆ.

Vivens & moriturus, Stephanus Spada quondam Gerard. civis Lucens. filius, hunc tumulum sibi hæredibusque condidit. M. D. XI.

JANO GRILLO

Patricio Genuensi patri opt. ac B. M. Lucas filius pos.
*Qui legis, an censes Janum periisse bifrontem?
Qui ventura videt, lapsaq̄, non moritur.*

IN TEMPLO S. FRIDIANI.

Lazarus de Turri Genuensis, rarissimæ gloriæ milit. exemplum, ob egregia facinora cunctis carissimus, in flore juventutis é magna rerum expectatione præreptus, invictissimè illius Domini Andreae Aurie, avunculi mœstissimè

fimi, mandato hinc tegitur depositus, Anno Domini M. D.
xxv. mense Junio. Vixit annos xxxiv.

*En medio vitæ cursu tibi lampada trado,
Ignifera subæo dona superna facis.*

SUB STATUA EQUESTRI.

Nicolao Piccinino ductori clarissimo: Luc. Senatus ob
patriam hanc jussu invictissimi Mediolanensis ducis, lon-
ga obsidione liberatam, picturam hanc vetustate consum-
tam renovari curavit.

IN PALATIO.

Perlege, quisquis ades, libertatis fautor, & scias, qualis
fuerit in rep. nostra Podiorum familia. Horum operâ Pe-
trus Cenarius, unus ex Antianis, anno 1436. interem-
ptus est. Ejus socii deinde ann. 1522. libertatis opprimen-
dæ animo Hieronymum Vellutellum vexilliferum Ju-
stitiæ scdissimè trucidarunt. Tota verò civitate arma cõ-
tra eos capiente, parricidæ aufugerunt. Rebelles facti con-
fessi, capite sunt mulctati. In alios ejusdem domus multa
extant decreta. Deo agantur gratiæ, & hæc oblivioni non
tradantur.

IN MARTINI.

Bertæ Comitissæ, filiæ Lotharii regis
Francorum.

*Hoc tegitur tumulo Comitissæ corpus humatum,
Inclytæ progenies Berta benigna pia.
Uxor Adelberti Ducis Italia fuit ipsa,
Regalis generis quæ fuit omne decus.
Nobilis ex alto Francorum germine Regum,
Carolus ipse pius Rex fuit ejus avus.
Quæ specie speciosa, bono speciosior actu,
Filia Lotharii pulchrior at meritis
Permansit felix, seculo dum vixit in isto,
Non inimicus eam vincere prævaluit.
Consilio docto moderabat regmina multa,
Semper erat secum gratia magna Dei.*

R. iij

*Partibus ex multis veniebant undiqꝫ, cujus
 Mellifluum comites querere colloquium:
 Exulibus miseris mater carissima mansit,
 Atqꝫ peregrinis semper opem tribuit.
 Claruit hac mulier, sapiens, fortisqꝫ, columna,
 Totius virtus, gloria, lux patrie.
 Idibus Octavis Martis migravit ab ista
 Vita, cum Domino vivat ut in requie.
 Mors ejus multos contristat, proh dolor, eheu!
 Eous populus plangit & occiduus.
 Nunc Europa gemit, nunc luget Francia tota,
 Corsica, Sardinia, Gracia & Italia.
 Qui legitis versus istos vos dicite cuncti,
 Perpetuam lucem donet ei Dominus.*

Anno Dominicæ incarnationis 1425.
 Indict. 13. obiit de mundo.

Ibidem.

MONUMENTUM DUCIS ADEL-
 berti. Anno 1006.

*Hic populi leges saxi sub mole sepulta,
 Hic jus paxqꝫ, jacent, hic patria auxilium.
 Hic cubat ala, scutum, clypeus, lacrymaqꝫ, reposta,
 Hic oculus caci ac hic pietas vidua,
 Pes claudi, vestis nudi, solamen egeni,
 Noster Adelbertus Dux bonus atqꝫ pius.
 Gentib. externis timor & pavor, unica tandem
 Militibus propriis gloria summa suis.
 Quàm fortis fuerit, noverunt ultima terra,
 Qua bonitate fuit, dicere lingua nequit.
 In sexto decimo Septembre notante Kalendas
 Membra sua hic posuit funereo gemitu.
 Quisquis adis tumultum, culparum facta tuarum,
 Ante Deum recita, cum precibusqꝫ, juva.*

SPO.

SPOLETI IN UMBRIA.

THEONORÆ BURSINÆ CON-
jugi clariss. Severus Minervius B.M.P.

*Vitam ego te geminam vixi vivente, fuisti
Supra hanc qua vivo tu quoq; vita mihi.
Morte tua exanimis vivam, nam conditur una.
Maxima tecum anima pars Theonora mea.*

IN CURIA.

Anno M. D. XXXVIII. carmina reperta sunt sub vetu-
stissimis Spoletanæ urbis mœnibus.

Jano, Portuno atq; Marti E. S. C. Vibonius
A. Apesemus, L. Aurelius faciendum dederunt.

ITEM.

*Urbem hanc Portunus, Janus, Mars ordine servant.
Quàm bene sub trino numine tuta manet!*

O CRICULUM.
AD FONTEM OPPIDO
vicinum.

Monte sub hoc triplici cunctis fluit unda salubris,
*Qua levet arentem, si cupis, apta sitim.
Siste gradum, repara vires hoc fonte viator.
Dic precor ut vireat mons simul iste diu.*

TOLLENTINI IN FO-
RO SUB INSIGNIB. PONTI-
ficis, & Symbolo; Moderata durant.

PAULO III. PON. MAX. terrestri Deo, Reip. Christianæ
conservatori.

R v

RECANATI.

Serenissimus Cæsar Fridericus, Rom. Imp. semper Augustus, ab Rep. Recanatenſi honorificentissimè susceptus, magistratum ejusdem, de sua majestate bene meritum, auro insignivit, procreatos ex damnato coitu legitimi mandî, notariosq; creandi auctoritatē concessit. M. cccc. lxxviii. die xx. Septemb.

IN S. DOMINICI.

*Quòd, prope Loretum morior florentibus annis,
Gratia calitibus mortis habenda mea.
Immatura jurvat me mors; nam mortis acerba
Munere, peccandi copia facta minor.
Nec minor est nostra fiducia certa salutis,
Loreto morior quòd propiore, fuit.
Nec refert peregrè an patria tumuleris in urna,
Terra locus tumulo mortis est una via est.
Ergo Nicolao gratanda hac funera, quorum
Est opera pretium condicione mori.*



VERULI.

TALE QUID AONIUS PALEARIUS
PARENTIB. ET SORORIBUS SUIB.
cogitabat.

Matthæo Paleario, & Claræ Janarillæ optimis parentibus: & Elisæ, Franciscæ, Janillæ, Paleariis, sororibus honestissimis, Aonius Palearius posuit mutato solo.

NEC NON UXORI.

*Ni mihi spem Christus faceret, quem vita secuta est
Non possem abrupto vivere conjugio.
Ille mihi te olim redituram in luminis oras
Pollicitus, dulci pascit amore animam.*

Interim

*Interea Aonium venientem cursibus ad te
Expecta campis uxor in Elysiis.*



CESENATIA.

AD FRANCISCI IN ADITU
BIBLIOTHECÆ.

Elephas Indus non curat culicem.

IN PALATIO.

*Felicem Æmiliam, dum te regit atq; tuetur,
Qui Christum gestat pectore, Christophorus.*

IN ATRIO.

Ut manus, ita conscientiam lava.

FOROLIVIANA.

AD IMAGINEM MORTIS.

Non terrori, verum lætitiæ, solam spem in Deo habenti, futura sum.

AD IMAG. VITÆ.

Vita fallax, anxia, crescendo decrescens, mortis ludibrio quot illaqueas!

TAURINENSIA.

Excipiens gelidas patriis ex alpibus auras

Hesperii princeps jus capit una soli.

Terra ferax, gens lata, hilaris addicta choreis:

Nil curans quidquid crastina luna vebat.

Ingenium natura aptum, sed more solutum:

Plus animo capiens quam dare possit ope.

Felix Marte novo, felix melioribus armis.

Namq; recens acuet pectora lenta metus.

IN TEMPLO JESUITARUM.
DIALOGUS PHILOSOPHI
ET JUSTITIÆ.

- PH. *Qua Dea?* JUST. *Justitia.* PH. *at cur torvo lumine*
JUST. *Nescia sum flecti, nec moveor precio.* (spectat)
PH. *Unde genus?* JUST. *Calo.* PH. *Qui te genuere parentes?*
JUST. *Mi Modus est genitor, clara Fides genitrix.*
PH. *Aurium aperta tibi cur altera, & altera clausa est?*
JUST. *Una patet justis, altera surda malis.*
PH. *Cur gladium tua dextra gerit? cur laeva bilanci?*
JUST. *Ponderat hac causas, percutit illa reos.*
PH. *Cur sola incedis?* JUST. *Quia copia rara bonorum est,*
Hac referunt paucos sacula Fabricios.
PH. *Paupere cur cultus?* JUST. *Semper justissimus esse*
Qui cupit, immensas nemo parabit opes.



NOVOCOMI IN BA-
SILICA.

ORDO populusq; Comensis, C. PLINIUM secundum
mactum ingenio virum, dignatione clarum, doctrina
admirabilem, ut qui olim Imperatorum Cæsarum Vespasianorum
amicitiam meruerit: officia maxima gesserit: ac
scriptores universos, copia & varietate superaverit: mun-
cipem suum incomparabilem, statua, & elogio ornare.

Tantus honor, dulcisq; juvat me fama secundum:
At mage, concives hac possuisse meos.

IBIDEM.

C. PLINIO Cecilio secundo, qui consulatu, auguratu,
militiæ gestis, orandis causis, poëmatibus & historiis con-
ficiendis, Cæsare Trajano Augusto luculentissime lau-
dando, afficiendoq; immensa liberalitate patriam suam,
eidem immortale contulit ornamentum, Ordo Comen-
sis con-

sis concivi suo desiderabili, honore accepto, monumenta
posuit. M. CCCC. LXXXVIIII. Cal. Maji.

*Functus eram, sed tum veteri praeclarus honore
Vivebam, perit nunc quoque, vita mihi est.*

IN PALATIO P. JOVII.

Vividæ foecundæque virtuti Mæcenates nunquam
defunt.

Fato prudentia minor.

ALIBI.

*Quo juvenis properas, oculos huc flecte parumper,
Latus eris, sed mox non sine lacrymulis.*

IN TEMPLO.

Quem invida mors vult esse mortuum, historia, patria,
orationes & carmina Benedictum Jovium mori non si-
nunt. Julius Episcopus Nucerinus memoriae patris opt.
P. 1556.

SUB STATUA ATTILII GRAMMA-
TICI COMENSIS.

*Morborum vitia & vita mala maxima fugi:
Nunc careo poenis; pace fruor placida.*



TRIDENTINA.

IN TRIDENTUM JUL. CÆS.

SCALIGER.

Nobilis Italico qua prima urbs imminet orbi,
Ausoniis miscet Norica verba sonis.
Romanum ingenium est, animus Germanus, acerbæ
Ultio, si obducta est nube serena fides.
Accipere à Veneto, cujus pars, milite leges
Hac potuit si non; & valet ipsa dare.

GEORGII FRONSBERGII
tumulus.

Ad eum modum armatus prælium concivit ante Papiam, Gallos cecidit, castra cepit, obsessos extrema patientes servavit.

MEMORIÆ DEFUNCT. S.

Georgio Fronsbergo Imp. decretis Germanici exercitus Duci, qui per Tirolim defectionem colonorum compressit: per Liguriam & regionem Transpadanam Italiae urbes, populos rebelles perdomuit: ad paludes Venetas & turrin usque Mergeram victor accessit: ferro, igni urbem terruit: socias civitates oppugnatas, exercitumq; ad loca iniqua delapsum, ex hoste confertiss. obsidione quartum & quintum liberavit. vicies, plus minus, signis collatis pugnavit: fortitudine, celeritate, animo consilioq; rebus inclinatis præsentissimum se & invictum præstitit. post ingentia facta vita perfuncto patri opt. Gasperius F. pietiss. gemens illachrymansque mon. more majorum religiosè P. An. Christiano 1528. mens. Aug. 20. obiit diem. Vixit an. 54.

APUD S. MARCUM.

DOROTHEÆ TONÆ.

Pudicitia, prudentia, venustate atque moribus insigni, uxori cariss. & benemeritæ, Andreas Burgius Cremonen. eques & Cæsareus consiliarius, maritus mcestiss. posuit. Vixit an. xxx. mens. ii. dies iii. Obiit die x. Octobr. M. D. xx.

*Quid gemis heu tanto felicia funera luctu?
Turbantur lacrumis gaudia nostra tuis.
Parce precor tristes questus effundere, vixi.
Non erat in fati longior hora meis.
Immatura peris, sed tu diuturnior annos
Vive meos conjux optime, vive tuos.*

ALIUD.

L. Romulus Pincius Mantuanus Juris utr. Doctor, Protonotarius

tonotarius Apostolicus, ac Canonicus Tridentinus, pluribus honoribus sub Ferdinando Ser. Rom. Imp. & sub illmo ac Rmo D. Bernardo Clesio Card. & Episcopo Trident. functus, quicquid á terra accepit, huic sepulcro cõmendat; quod veró é cælo, spe plenus, ac gaudēs Deo reddidit. Vix. an. LXX. mens. III. Obiit M. D. LXXIIII.

ALIUD.

Dei Opt. Max. laudibus personandis Joannes Antonius Zuriet organum cum opere marmoreo faciendum C. pecunia sua. Bernardo Clesio Cardinale Tridentinis impetrante. M. D. XXXIIII. Vincent. Vicentin. faciebat.



PUTEOLIS.

PUTEOLIS visuntur ossa stupendæ magnitudinis cum hac inscriptione, cujus autor perhibetur Pomponius Lætus:

*Huc quicumq; venis stupefactus ad ossa Gigantum,
Disce cur Hetrusco sint tumulata solo.
Tempore quo domitis jam victor agebat Iberis
Alcides captum longa per arva pecus;
Colle Dicaarcho claraq; arcuq; Typhones
Expulit, & cessit noxia turba Deo.
Hydruntum petiit pars, & pars altera Tuscos,
Interiit victus terror uterq; loco.
Hinc bona posteritas immania corpora servat,
Et tales mundo testificatur avos.*

INSCRIPTIO LAPIDIS NUPER
in mari reperti.

Imp. Cæs. Divi Hadriani F. D. Trajani Parthici nepos.
D. Nervæ pronepos. T. Ælius Hadrianus Antoninus Aug.
Pius. P. M. Trib. pot. II. Cos. II. Desig. II. P. P. Opus Pilar.
VI. maris collapsum á Divo patre suo pmissum restituit.

In horto quodam.

Petrus Toletus, Marchio Villæ Franchæ Caroli v. Imp. in regno Neapol. vicarius, ut Puteolanos ob recentem a gri conflagrationem palanteis ad pristinas sedes revocaret, hortos, porticus, & fontes marmoreos, parta victoria Africana, quam reportaverat, otio genioq; dicavit: ac antiquo instaurato purgatoq; ductu aquas sitientibus civibus sua impensa restituit. Anno à partu Virg. M. D. XL.

CAJETANA.

IN CAJETAM JUL. CÆS.
SCALIGER.

TE quoq; cedentem natura Æneia nutrix
Hesperio retinent littora curva sinu.
Justa pius fecit, tumulumq; sacravit alumnus:
Unde tuum in nostro nomine nomen habes.
Reddere non potuit, deerat quod legibus avi:
At data, quod potuit, vita secunda tibi est.

Silius Paladius ut moriens viveret vixit ut moriturus.

INSCRIPTIO.

IN SACELLO S. CRUCIS SUB
templo S. Trinitatis.

Ad petram scissam, quod tempore passionis
Christi accidisse ferunt.

Quid petra? ni Christus. quid & hac scissura? quod ipse
Anguem, legem, iram, tum scelus omne scidit.
Patri ergo, & nato, & paracletico, applaudite semper.
Nam Deus est unus, trinus & unus idem.

SUES.



S U E S S A E.
AUGUSTINI NIPHI
tumulus.

Dum lapidi titulum mœrens Galeacius addit,
Et tristi curat funera cum gemitu,
Si quis honos tumuli: non hoc tibi Niphe supremum,
Sed patria, & misero stat mihi munus, ait.
Na vivis meliore tui tu parte. levamen
Nos luctus mediis quarimus in lacrymis.

A T E L L A N A I N
C A M P A N I A.

A C T I L I I R U F I E T U X O R I S.

Pub. Atilio Rufo, & Atiliæ Beronicæ uxori: vixere an-
nos xxiv. Sed Pub. mens. x. antè natus est eadem ho-
ra, fungorum esu ambo mortui sunt, ille acu, ista lanificio
vitam agebant. nec ex eorum bonis plus inventum est,
quàm quod sufficeret ad emendam pyram & picem, qui-
bus corpora cremarentur, & præfica conductâ, & urna
empta, atq; indulgentiâ Pontificum locus datus est.



BENEVENTI IN ARCU
TRIUMPHALI.

Pontia Titi Pontii filia hîc sum: quæ duobus natis à
me veneno consumtis, avaritiæ opus, miserè mihi
mortem conscivi. Tu quisquis es, qui hac transis, si pius
es, quæso à me oculos averte.



CAPUANA.
IN CAPUAM JUL. CÆS.
SCALIGER.

Flammea si valeat superare, superbia fastum:
Pinguem luxuriam deliciosus amor:
Hoc mollem pinges Capuam, Capuaq; colonos:
Et qua aliis visa est, nec sibi meta fuit.

INSCRIPTIONES.

IN PORTA CASTELLI.

Lælius Elysi Gentilis Capuan. F. molem hanc vetustatis monumentum restauravit: adjacentes hortos & cryptas expurgavit: cunctaq; Musis & amicis dedicavit.

IBIDEM.

Hospes Apulejus quum sis, ne ingredi, prius quam ex horto rosas collegeris.

TARENTINA.
IN TARENTUM JUL. CÆS.
SCALIGER.

Mollia qua tenuis dimitiunt pondera lana:
Tonsa Tarentinis jugera lata jugis,
Hac eadem complent vagrandibus horrea culmis:
Et tua sub pralum munera Bacche ferunt.
Nulla est in Latio Pomona beatior usquam:
Nulla est Hesperidum gratior aura locis.
Se totum exhibuit laeta ad convivia Nereus:
Servit & innumeris proxima silva feris.
Hic ver perpetuum est, tantum pro frugibus æstas.
Nectareas superant sidera foeta dapes.

Quid

*Quod si calum inis vellet mutare supremas
Haud aliis poterat plenius esse locis.*

TUMULUS PACUVII.

Adulescens, tamen si properas, hoc te saxum rogat ut se
adspicias: deinde quod scriptum est legas. Hæc sunt Poætæ
Pacuvii Marci sita ossa. Hoc volebam nescius ne esses.

IN CORSICA.

Heronymus de Monelia legatus in hanc insulam Cor-
licæ pro magnifico officio S. Georgii Commissar. ut
populos præcedentis anni rebellionem nondum constantes
in pace ac officio contineret. Armis atq; prudentia rem.



TERGESTÆ IN ISTRIA.

EPITAPHIUM PUERI.

*ME longè effigie venustiorẽ
Narcisci vel Apollinis comati
Parcarum Lachesis soror severa
Isti Quinterinẽ dedit sepulcro.
Cur non flosculus exeam requiris,
Cùm tantũ fuerim puer decorus?
Hæc tellus nimis arida est viator,
Nostris facta perustione amoris.
Nam terram quoque læsimus decore,
Quòd si lacrymulis tuis madescet;
Forsan flos novus ibit è sepulcro.*

IN ZAZYNTHO.

M. TULLI CICERO HAVE, ET TU
TERTIA ANTONIA.

IN TEMPLO MARIÆ.

Andreæ Vesalii Bruxellensis tumulus, qui obiit an-
M. D. LXIV. Id. Octob. ætatis verò suæ LVIII. cum
Hierosolymis rediisset.



PANORMI IN SICILIA
SUPRA PORTAM
quandam extat

CONFESSIO FIDEI MAHOMETICÆ
linguâ Chaldaicâ, in hanc sententiam.

Non est alius Deus præter unum Deum. Non est alius
potens, præter eundem Deum. Neq; est alius victor,
præter eundem quem colimus Deum.

Interim de Christo verbum nullum.

PARASITI EPITAPHIUM.

Viatores, cives optimi, vel advenæ, sive bini, sive singu-
li inceditis, sive turmatim, quod magis erit gratiæ:
sistite, offirmate gressum: nec miremini, si moramini ali-
quantisper. Dicaulus equidem fui: succinctus sermo dari
vobis non potest: juvat vobiscum esse, ac ab ore meo pen-
dulos detinere, ut juvit semper. Saxū hoc vos vocat. quid,
inquam? vivus assuevi, prudens, imprudēs, mortuus item
vos fallo. nam non vos vocat, quod vacat ore, verūm is,
quojus cinis hīc latet, olim quom potuit, nunc huc vos
vocari voluit, valuitq; hoc. hæc olim sua voluntas volen-
tes vos legere hoc scriptum: vah quid loquor? im mō scul-
ptum: quā ægrē veritas adhuc se mecum conciliat! nam
neq; hīc atramentum, vel papyrus, aut membrana ulla
adhuc, sed malleolo & celte litteratus silex, silens adhuc.
Quid hīc latet, latē quod ego efferrī, & effari gestio? Ser-
tius Pollensis parasitus, histrio vester festivissimus, heic
cubo;

eubo: hoc unum quidem tandem sponte dictum, verum est: si quis dubitat, hancine olfaciat humum: olet tementum & florem vin. veteris: quo satur, satis juvenis hausi. at si veixi vitam, tam vobis gratam, quam notam urbi & orbi, non minus munus hoc á vobis impetrem oportet: adeste mihi & favete, edictoꝝque huic vos subscribite & obsignate. Si quis sibi vesicam onustam senserit; domum suam onus hoc reportet in cloacam: si veró festinus fuerit; ceterior vel ulterior hoc loco pro religione se evacuet. Qui non paruerit; hæc multa illi esto: teste altero ut careat. Carnes quoq; cæsi fustibus edictum hoc sentiant. Affuistis, favistis, & obsignastis. Teneo, quo modo risum vobis dare sitio: hui, sentio, dictū volui esse. Sed quid hoc est quod tam familiariter istuc procedit Veritas. profectó contagione mei sistit ipsa quoque, & mihi supparasitatur, quæ ultro potum invocata advenit: nunc si urbani perhiberi vultis, & veritati supparasitanti & arenti meo cineri cantharo piaculum vinarium festinate: póst valete, abite in rem vestram, viatores optumi, his nugis, ambagibus, condonate posthumis.

EPITAPHIUM C. VIBII AD-
lescentis Zelotypi.

INFER. D. DEABUSQ.

C. Vibius adulescens intemperato amore percitus Pu-
tillæ Sex. puellæ gratiss. quod alteri viro tradit, non susti-
nens cruento gladio sibimet mortem conscivit. Vix. ann.
xix. mens. iij. d. ix. horas scit nemo.

EPITAPHIUM TREBIÆ ZELOTYPÆ.

D. DITI ET PROSERP.

S. V. F.

Trebiæ Q. L. S. Trebii filix amoris monument. & pie-
tatis aul. Fibustius vir cum q. summo cum desiderio deli-
ciosé vix. m. i. d. iij. Hæc m. v. x. Quam amantiss. mihi in-
feliciss. lacrymas & æternos luctus reliq. extremo zelo me
cum suspicaret. Alia cum fœm. jacuiss. in furorem dulciss.
converso amore semet ferr. pectus per med. trans. necavit.

S iij

Hei ux. cur hoc? Mi care con. nec fact. tant. sed & suspectū
amanti demere debueras. Vale lib. at ego incerta infel. &
trepida vita soluta quiesco.

SIMILIS PRÆFECTUS MILITUM ADRIANI
*Cæsaris, sequens epitaphium moriens sepulchro
suo inscribi jussit.*

Similis hîc jacet. Cujus ætas quidem multorum anno-
rum fuit: septem tamen duntaxat annis vixit.

EPITAPHIUM GLADIATORIS, QUI CUM
*ejus amore Faustina Marci Imperatoris uxor arderet, Chal-
daorum consilio occisus est, ut ejus cruore amans fœ-
mina amoris flammam restingueret.*

D. M.

Gladiatori meo amore cujus extremè perusta immort.
languorem decub. At ejus cruore, heu me miseram, im-
piata convalui D. Faust. Aug. piè monum. relinquens, ut
Q. Ann. sang. turtur. inter sacrificand. arc. relig. Hanc in-
tingi ex L. accen. facul. Et collachrymulantes puellæ sol-
verentur luctumq. funeral. ob tanti indicium doloris de-
vellat. crinib. promissis ruffar. pectora faciemq. Diem in-
tegr. propitiatis Man. circa sep. satagerent annua. perpe-
tuo repetund.

Ext. F. I.

GERMA.

